

**Liber Decanorum  
Facultatis Theologicae  
Academiae Vitebergensis.**

---

**Ex autographo**

**edidit**

**Car. Ed. Foerstemann,**

**phil. Dr:**

---

**LIPSIAE**

**sumtibus et typis Caroli Tauchnitii.**

**1838.**



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



## L e c t o r i S. P.

---

Quum ante aliquot annos auctoritate summi senatus, qui res sacras et scholasticas regni Borussici curat, Vitebergae versarer, ut et libros bibliothecae academie Vitebergensis perspicerem, qui etiam runc in seminario homiletico servantur, et tabularium academicum, cuius magna pars ibidem asservatur, contigit mihi esse tam felici, ut praeter tabularium theologicum et album academie et librum decanorum facultatis theologicae Vitebergensis invenirem. Quae quidem omnia singulari cura viri splendidissimi Delbrückii, consiliarii regis Borussorum intimi et legati ad res gerendas, quae ad universitatem litterariam Halensem cum Vitebergensi consociatam spectant, Halam missa sunt. Ex quibus librum illum decanorum magni pretii esse, non est quod uberiorius doceam.

Mirandum sane, qui factum sit, ut tanti momenti liber, qui decanorum fidei commissus erat (cf. pag. 72.), adhuc in lu-

cem non prodierit. Fuerunt quidem, qui hoc decanorum libro olim in scribenda academiae Vitebergensis historia passim uterentur. Velut Godofredus Suevus, in libro raro, quem inscripsit „Academia Vitebergensis“ (Viteb. 1655. 4<sup>a</sup>) quaedam ex eo fonte hausit. Sed qua iste fide rem gesserit, facile est ad perspiciendum (cf. errores Suevi, quorum aliquot ab initio libri decanorum commemoravi). Nec tamen infiriandum est, summam esse istius libri adhibendi difficultatem, quippe multa tam male exarata sunt, ut etiamnunc vix recte legi possint. Evidem nisi ab ineunte aetate partim domesticis excitatus exemplis, partim acri talium rerum studio hanc litterarum disciplinam coluerim, parum abfuit, quin huius libri edendi consilium paene abiicerem. At rei gravitas et studiorum ardor haesitantem ac dubitantem confirmavit, ita ut omnia fere me superasse laetissime profitear.

Decanos, qui in isto libro alienam personam agunt, ipsos singula scripsisse, quae hoc libro continentur, ex multis locis facile probari potest; ut ex iis, quae Iodocus Trutfetter Isenacensis pag. 5., Andreas Bodenstein Carolostatinus pag. 11 et 15., et Lutherus ipse pag. 17 et 20. annotarunt. Accedit, quod plurium decanorum, ut Carolostadii, Lutheri, Ionae aliorum manus mihi tam bene cognitae sunt, ut hac de re nulla dubitatio supersit. Singulari fide Lutherus quidem, quum a. 1520. decani munere fungeretur, Philippo Melanchthoni hunc librum tradidit, ut quaedam inscriberet. Postea vero eundem Philippum, qui nunquam facultatis theologicae decanus fuerit, per aliquot annos tam multa in hoc libro sua manu scripsisse, non est, quod miremur. Quanta enim Philippi apud theologos Vitebergenses

auctoritas fuerit, quis est, quem fugiat? — Quae singuli decani scripserunt, lineis inductis separari iussi, ne scriptores singularium confundantur ac permisceantur.

Praeter historiam eorum, quae sub singulis decanis acta sunt, continet liber et facultatis statuta vetera (a. 1502.) et nova (a. 1533.), leges academiae Vitebergensis a. 1588 latae et alia, quae omnia in appendice h. l. leguntur. Edicta autem quaedam a Ducibus Saxoniae posita\*) praetermissi, ne libri molem nimis augerem.

Restat, ut de summa utilitate verba faciam, quam ex hoc libro omnes capere possunt, qui in historiae litterarum, praecipue autem in historiae sacrorum per Lutherum, virum diuino lumine collustratum, emendatorum studia incumbunt. Quum vero hic liber plenissimus sit exemplis, ex quibus facile intelligitur, quantus honos libro decanorum habendus sit, nolo te, Lector benebole, in hac re diutius morari, cum amplissimam tibi materiam propositam esse facile perspicias. Si quae peccavero, veniam dabunt qui huius laboris difficultatem et molestiam non ignorant. Vale.

Scripsi Halaë Saxon. VIII. Cal. Maii a. MDCCXXXVIII.

\*) Et quidem seqq.: No. 1 — 3. Edicta de sollempnibus secularibus in memoriam sacrorum emendatorum a. 1617 celebrandis. No. 4 et 5. Edicta de abolendo convivio theologico etc. a. 1620 et 1666. No. 6. Edictum spectans ad coniunctionem Ecclesiae Luther. cum Calviniana a. 1722. No. 7. Edictum de iudicandis libris, qui de rebus sacris non agunt a. 1723. No. 8. Interdictum, ne ii, qui Calvinianam formulam amplectuntur, magistri philosophiae renuncientur a. 1723.

Anno 1502. 18. octobris Imperante Diuo Maximiliano Romanorum rege, pontificatu sanctissimi<sup>1)</sup> Domini nostri Domini Alexandri sexti<sup>2)</sup> eius nominis intronisata est Academia Albiorena adhibitis solennitatibus et apparatu honestiori modo quo id fieri decuit. Excepta<sup>3)</sup> enim est a prouidis huius opidi consulibus cum solenni processione in arce iouia<sup>4)</sup>, vbi habita elegantiss. oratione a *Buschio* poeta ad consules predictos processum est ad sacram aedem parrochiale diue virginis<sup>5)</sup> dei geneticis, in qua decantabatur solenniter<sup>6)</sup> missa de Sancto spiritu: factusque est sermo ad uulgum per d. licen.<sup>tum</sup> *Nicolaum coburgensem* plebanum in *Torgau*: finita missa et officio toto premissa inuocatione ssti in armario dicte parrochie electus est Rector magister *Martinus polichius Mellerstatinus*<sup>7)</sup> doctor medicinae Lipcien-sis. Ex magistris nostris sacre theologie professoribus Decanus facultatis theologice reuerendus pater magister noster fr. *Io. Stupicus* vicarius eiusdem ordinis Diui Augustini heremitarum. Aderant enim subscripti Theologi: Religiosus pater frater *iohannes de helmsfet* Minister ordinis minorum, Reuerendus pater et d. *Gosuinus*<sup>8)</sup> de *Orsay* preceptor in *lichtenberg* etc.<sup>9)</sup> Ducalis consiliarius et dicte academie Cancellarius designatus. Venerabilis vir arcium magister et Sacre Theologie licenciatus lipciensis *Nicolaus Schreitt*<sup>10)</sup> de *coburg* plebanus in *Turachio*<sup>11)</sup>:

---

1) Suevus compendium „ſmi“ male scripsit: „serenissimi.“ 2) Author scripserat „quarti.“ Ad marginem scriptum est „sexti.“ 3) Suev.: „Recepta.“ 4) Suev. et Sennert: „Iōnia.“ = arx principalis. 5) Suev.: „ipsius.“ 6) Suev.: „solennis.“ 7) Suev.: „Mellerstetensis.“ 8) Suev.: „Gosloinus.“ 9) Suev.: „ac.“ 10) i. e. Schreitter. 11) i. e. Torgau.

qui hanc intronisationem iuuare<sup>1)</sup>) et decorare conati sunt. Decanus facultatis arcium venerabilis pater frater *Sigismundus Epp Augustinianus*<sup>2)</sup>. Et prefatus dominus *Gosuinus* Cancellarius vices suas commisit prefato Magistro *martino mellerstadio* Rectori primario.

Anno 1503. 17. Ianuarij hora prima post meridiem comparuit magister *martinus mellerstadius* medicine doctor coram collegio Theologico petens admitti ad 3<sup>m</sup> sententiarum, quod gratiose impetraverat. Et postea non longe obtenta dispensatione premisso examine more huius vniuersitatis ad responcionem pro licencia est admissus. Et mox 27 mensis predicti adhibitis solennitatibus fieri solitis et consuetis in Ecclesia parochiali promotus est per reuerendum patrem *Io. Stupicium* vicarium et decanum collegij Theologici magister Theologie. Et expensis illus. principum Ducum Sassenie *Fri.* et *Io.* germanorum sollenniss. prandium factum in arce iouia.

Eodem anno X<sup>o</sup> Marcij ad 3<sup>m</sup> sunt admissi venerabiles et religiosi viri Magister *dionisius*. Magister *Sigismundus Epp* auggustinianus et magister *Caspar*<sup>3)</sup> Lipsiensis ordinis S. benedicti.

Anno 1504 Decanus facultatis theologie Religiosus pater frater *paulus Carnificis*<sup>4)</sup> ordinis minorum magister noster eximius scilicet renocatus per ministrum ordinis ad *Seusslitz* raro affuit. Et ita nemo sub eius decanatu est promotus. Sed eo abeunte successit sibi Religiosus pater frater *ludovicus hennig* de Borussua magister noster eximius, qui posthac etiam electus est decanus.

Anno 1505 Decimaquarta maij sub decanatu prefati magistri nostri *ludovici hennig* admissi sunt ad bibliam venerabiles viri magister *pe. lupinus*, magister *lampertus schuman de bona*<sup>5)</sup>, Magister *georgius zymmerman*<sup>6)</sup> de *dantisco*, Magister *Simon Duchonis*<sup>7)</sup> de *Ausig*, Magister *Mauritius Metten de Magdeburg*.

Anno 1506 sub decanatu magistri nostri *Martini polichij Mellerstatini*, apud quem stetit decanatus ferme per duos annos

---

1) Suev.: „ornare.“ 2) Suev.: „Epp. Augustinus.“ 3) Casp. Iacob. 4) Sennert: „Carnifus“. 5) Suev.: „Lamp. Schumar de Bonia!“ 6) Suev.: „Gyndman“ 7) In indice academi. eius nomen ita scribitur: „Duchko.“ Suev.: „Guchonis“

propter dissolutionem vniuersitatis per pestilentiam tunc grassantem, Admissi sunt ad 3<sup>m</sup> magister *Ioannes mantell*: Magister *Iohannes prebis marianus*. Magister *Thomas Sueuus*.

Item ad sententias magister *Simon Duchonis*, Magister *petrus lupinus*.

Item penultima aprilis Magister *iohannes mantel* Augustinianus et magister *iohannes prebis* Marianus ad Mcentiam sunt admissi.

Anno 1507 admissi sunt ad 3<sup>m</sup> magister *pe. lupinus*; magister *Iohannes hergot*. Ad bibliam magister *Sebastianus Kuchmeister de freiberga*, Magister *Mauritius* ad sententias, Magister *uulfgangus augustanus*, Magister *Nicolaus amssdorff*: frater *alex. lemichen* minor. ad bibliam sunt admissi.

Et eodem anno magister *Iohannes de Mechlinia* consequutus est omnes promociones et gradus usque ad licenciam exclusie.

Eodem anno 10 Iunij quidam magister Erphordiensis baccalaureus formatus Winen. predictor Auguste consequutus est licentiam promotionibus Religiosorum patrum prioris monacensis et Nurnbergensis Augustinianorum Et 14 Iulij insignijs magistrali bus Theologiae est candidatus.

Sub decanatu magistri nostri eximij *Iodoci Truttfetter* Erphordiensis. Anno 1508. Duodecima magister *Nicolaus amssdorff* decanus facultatis arcium et canonicus Ecclesie omnium sanctorum ad 2<sup>m</sup> sententiarum est admissus.

Vndecima Augusti magister *Sebastianus de friberga* et magister *Andreas Bodenstein de carlstadt* ad 2<sup>m</sup> sententiarum admissi sunt.

Decima octava septembbris magister *Nicolaus amssdorff* ad lecturam 3<sup>m</sup> admissus. Et frater *Issbrandus de bolswardia* ad bibliam. penultima mensis eiusdem magister *petrus lupinus* pro licentia est admissus.

Sedecima die octobris dominus *Nicolaus fabri de grunbergk* pròmotus in doctorem Theologie per reuerendissimum domum legatum *Raymundum*. per eundem in collegium doctorum huius academie est receptus.

Septima nouembris Venerabilis vir magister *Iohannes Theuschlin de frikenhausen* baccalaureus formatus liciensis ad licentiam est admissus. Vndecima mensis eiusdem prenominatus magister *Iohannes Teuschlin* promotus est magister Theologie

vesperijs et alijs fieri solitis premisis. Eo etiam tempore magister *p.e. lupinus* canonicus Ecclesie omnium sanctorum Theologie est candidatus et in senatum Theologicum est relatus.

Octaua decembris Magister *Sebastianus de friberga* ad 3<sup>m</sup> admissus est Et religiosus pater *Isbrandus* ordinis predicatorum ad sententias est admissus.

Anno 1508 Sub decanatu reuerendi patris fratri *Iohannis de Staupiz* arcium magistri et sacre Theologie professoris eximij reformatorum fratrum heremitani ordinis per vniuersam germaniam vicarij generalis

vigesima nona decembris<sup>1)</sup> magister noster *Nycolaus de grunberg* relatus est in senatum Theologicum. Eodem die magister *wlfgangus ostermeyr* admissus est ad formaturam.

Tredecima Ianuarij<sup>2)</sup> prefatus magister pro formatura respondit et accepta est eius responsio. Cum autem per facilitatem primi libri sententiarum in lectionem Scoti commutati fuerint, placuit patribus quod continuaret priorem lectionem Scoti propter fructum, quem inde viderunt prouenire. promiseruntque sibi propter eius diligentiam singularem citeriorem admissionem ad insignia.

vicesima nona Ianuarij pater *Johannes de Spangenberg* et magister *wenzeslaus* petierunt formaturam responsionis ad bibliam. obtinuerunt.

Nona mensis februarij prefati patres admissi sunt ad bibliam habito examine consueto.

Octava Marcij Magister *wlfgangus* petiit pro licentia et magister *Martinus luder* Augustinianus pro biblia Suntque admissi hoc pacto quod pro residuo temporis cum magistro *wlfgango* est dispensatum.

Die nona de Marcio magister *martinus* ad bibliam est admissus, sed vocatus *Erphordiam* adhuc non satisfecit facultatj<sup>3)</sup>.

Anno 1509 feria 6 post ascensionis domini magistér *Andreas Carolstadt* respondit pro formatura et admissus est.

Sabbatho post exaudi presentatus est ad licentiam religiosus pater frater *alex<sup>r</sup>.* *Suenichen minor.* et assecutus est sue petitionis vota.

1) 29. Dechr. 1507. 2) 1508. 3) *Lutherus* haec adscripsit: „Nec faciet. Quia tunc pauper et sub obedientia nihil habuit. Soluet ergo Erfordia.“

Diē iouis proximo post exaudi magister *iohannes foltkirkchen* admissus est ad bibliam.

feria 5<sup>ta</sup> post penthecostes pater *alex.*<sup>r</sup> ord. promotus est in licentiatum per magistrum nostrum p.e. lupinum.

Eo tempore frater *iohannes d. campis* petiuit admitti ad respondendum ad bibliam et obtinuit vota.

In vigilia b. apostolorum pe. et pauli respondit frater *Isbrandus de bolswardia* ex ord. predictor. et ad formaturam est admissus.

feria 6<sup>ta</sup> post visitationis respondit ad sententias frater *iohannes bethel d' spangenberg* Augustinianus et est admissus.

feria 6<sup>ta</sup> post Iacobi respondit ad bibliam pater prior *Melchior myrisch* et admissus est.

vigesima Augusti vesperiati sunt in Ecclesia omnium sanctorum religiosi patres frātres *ulfgangus* Augustinianus et frater *Alexander minor*. Et die altera iidem consentiente collegio candidati sunt Theologie a magistro eximio *Ioanne voyt*, qui à *magdeburg* ad hoc officium per priorem ordinis<sup>1)</sup> est vocatus, consente nte collegio.

feria 6<sup>ta</sup> ante francisci religiosus pater frater *isbrandus* ord. predictorij respondit pro licentia et admissus est.

In profesto Galli vesperiatus est idem pater *Isbrandus* per magistrum *Iodocum* Et ipso die Galli promotus est magister per eundem d. magistrum nostrum *Iodocum Trutfetter*.

---

Anno Christiane salutis nono supra Millesimum quingentesimum, in festiuitate diui euangeliste Luce iterum et secundo Sacre Theologie facultatis huius incliti studij alborensis Decanus *Iodocus Trutfetter* Issennachensis artium Magister, Edis Seueriane. Erphuriensis et omnium sanctorum alborensis Canonicus etc. designatus est.: Sub cuius officio acta: ne obliuione pereant: sic fideliter de manu dicti Decani annotata sunt.

Octauo kalen. Nouembri die Sanctorum Martirum Crispini et Crispiniani Religiosi patres frater *iohannes Spangenberg* de conuentu *Eschewegensi*: et frater *Wenceslaus Lyngk* de Conuentu *waltheymensi* ad lecturam Magistri sententiarum et frater *Melchior* huius Conuentus alborensis ordinis heremita-

---

1) Suev.: „practer ordinem!“

rum sancti Augustini prior ad lecturam biblie admissi. pro his prosequendis solenne iuxta vniuersitatis ritum fecerunt principium Mane nona hora et dederunt danda.

Eodem die 2<sup>da</sup> hora pomeridiana Conuocatis omnibus magistris nostris eximijs in edibus doctoris *Mellerstadt* concordi omnium voto et vnanimi consensu conclusum est, Quod ammodo <sup>1)</sup> et in futurum nulli sit indulgendum, quod extra vniuersitatem compleat nisi in studio generali, vbi est regens sacre Theologie Magister actu legens, cuius lectionem teneatur audire. Item: Nisi quotannis in vacantijs disputet hic in vniuersitate suo ordine, et sub vno magistro regente, quem ordo dederit, preter examinatorium responderit. Item Nisi bedellis et famulis communibus vniuersitatis consuetum sallarium: quemadmodum presens: soluerit. Item: Nisi ad duplatum tempus pro presentibus ex statutis ordinatum alibi in studio generali modo memorato steterit <sup>2)</sup>. Item: Nisi lectiones suas in scriptis redegerit doceatque ea, quae offert scripsisse et legisse. Preterea ordinatum fuit, Ne in futurum alicui liceat, promotoris munus agere, nisi vniuersitati nostre incorporatus magister fuerit et actu regens.

Die proxima sequenti Relligiosus pater frater *Johannes Campis* ordinis Carmelitarum de Conuentu Magdeburgensi presidente sibi Egregio magistro nostro patre *wulffgango Monacense* ordinis heremitarum sancti Augustini respondit pro admissione ad lecturam biblie. Moxque disputatione expleta conuocatis ad hoc omnibus doctoribus nostre facultatis de consensu omnium admis-sus: ea tamen lege quod si velit extra vniuersitatem (:quemadmo-dum petiit:) complere preexpressas conditiones subeat. Annuebant et tunc domini, quod frater *wenczeslaus lyngk* augustinianus iam statim memoratus secundum librum magistri priusquam pri-mum legeret: attento quod frater *Johannes Spangenbergk* in eodem loco monasterij lecturus esset primum.

Secunda feria sequente: que erat Quarto Kalen. Nouembris dictus frater *Johannes Campis* assignatis sibi pro suo cursu Le-uitico in veteri et Epistolis Pauli ad Chorinthios in nouo testamen-to legendis adhibita sollemnitate consueta publicum habuit prin-ci-pium. Et dedit danda.

---

1) i.e. a modo, von jetzt an. 2) Ad marginem leg.: Abrogatum est hoc statutum anno 1513 6<sup>ta</sup> feria post oct. epiph.

Sexta feria post Dominicam, qua in ecclesia dei cantatur Reminiscere, que erat prima Marcii, Conuocatis Magistris nostre facultatis in auditorio publico Collegij, disputatione circulari exacta vnanimi omnium consensu frater *Iohannes Spangenbergk Augustinianus de conuentu Eschewegensi* ad 2<sup>um</sup> librum Magistri, Et frater *wenczeslaus lyngk* artium magister eiusdem professionis ad primum, eo quod fauore dominorum 2<sup>ni</sup> absoluerat, admis-sus est.

Anno virginis partus 1510 in festiuitate diuorum apostolorum philippi et iacobi sacre theologie facultatis huius studij Incliti wittenbergensis *Petrus lupinus Radhemensis Ecclesie omnium sanctorum custos, Decanus electus est, Sub cuius decanatu acta sunt subnotata.*

Decimosexto kalen. Iunij nostre facultatis magistris conuocatis In auditorio publico collegij disputatione circulari finita frater *Ioannes Spangenbergensis* Et frater *wenczeslaus lingk* artium magister Augustiniani vnanimi omnium consensu ad examen pro formatura admissi sunt.

Quorum primus presidente sibi Egregio magistro nostro patre *wolfgango monacensi* ordinis herenitarum sancti Augustini respondit sexta feria post Corporis christi, quae erat pridie kalendas Iunij. Alter vero presidente sibi magistro nostro *martino mellerstadio* vniuersitatis vicecancellario respondit sexta sequenti feria, que erat septimo ydus Iunij, feceruntque publice principium pro formatura octauo ydus Augusti In auditorio collegij.

Quarto Nonas Augusti facultatis nostre Magistris conuocatis In auditorio collegij disputatione circulari finita Religiosus pater frater *petrus Bornis* Minoritanus sacrarum literarum lector Omnia vnanimi consensu ad examen pro biblia admissus est ac Egregio magistro nostro patre *Alexandro Swenichen* minoritano sibi presidente respondit sexta feria post assumptionis virginis superbenedicte. Nec non feria secunda post eiusdem In ea-dem solemne fecit principium mane hora octaua in auditorio publico collegij deditque danda.

Vndecimo kalendas octobris nostre facultatis magistris conuocatis In domo magistri nostri *Martini Mellerstatini* venerabilis Magister *Mauricius mette* sacre theologie baccalaureus formatus Omnia vnanimi consensu ad examen pro licentia admissus

est Et Egregio magistro nostro *Petro Lupino Radhemio* Ecclesie omnium sanctorum custode sibi presidente respondit quinto kalendas eiusdem, ex qua quidem responsione judicatus dignus ad petitam admissus est et promotus est in licentiatum theologie ipso die Diui Hieronimi Ecclesie Doctoris glorioissimi.

Conclusum et statutum fuit eodem tempore quod decanus pro tempore semper promouere debeat licentiandos In licentiatos si seorsum licentiam ceperint.

Anno domini Millesimo quingentesimodecimo ab vniuersitatis intronisatione nono decima octaua die mensis octobris, que fuit festiuitas diui Luce euangeliste, in Sacello cimiterij parochialis ecclesie iam publicato Nouello gymnasiarcha mane circa horam octauam Sacre theologie facultatis huius albioreni studij decanus Religiosus frater *wolfgangus augustini de Monaco* ordinis eremitarum sancti augustini episcopi, artium ac sacre theologie Magister de vnanimi ac concordi omnium magistrorum facultatem representantium (qui pro func quinque erant) consensu designatus est: sub cuius decanatu acta sunt ea que sequuntur.

Vicesima quinta die mensis octobris venerabilis vir Magister *andreas de karlstat* ecclesie omnium sanctorum Canonicus et sacre theologie baccalaureus formatus respondit et examinatus est secundum formam in statutis nostris expressam pro licentia presidente sibi egregio magistro nostro *martino pollich de mellerstadt*, et statim audit a sua responsione per facultatem conclusum est, vt dominó vicecancellario presentaretur tanquam sufficien-tissimus pro licentia inuentus, quod et factum est sequenti feria se-cunda, que fuit festiuitas S. apostolorum Simonis et Iude.

Eodem die Simonis et Iude facta solemni presentatione pre-fati Magistri in domo Vicecancellarij, vbi tunc omnes magistri fa-cultatem representantes presentes erant, conclusum est, vt de cetero nulli báccalaureorum in vesperijs seu aulis doctoralibus responden-tium eiusmodi responsio examinatoria pro admissione ad Senten-tias seu formaturam reputaretur, eo quod minus sufficienter in hu-iusmodi responsionibus examinantur.

Vltima die mensis octobris congregata tota vniuersitate in Au-ditorio posterioris Collegij mane hora octaua venerabilis Magister *Andreas karlstein* (sic) etc. per decanum facultatis nostre solemniter (premissa oratione) domino Vicecancellario commenda-

tus est et presentatus, qui attenta ipsius iam sepius dicti Magistri ydoneitate ac sufficientia ad petitionem decani nomine et vice totius facultatis eidem Magistro publice et solenniter (.sicut et antea priuatim in domo sua tribuerat.) premisso tamen Juramento licentiam tribuit, vt doctoralia insignia in sacra theologia, quandocunque placeret, adipisci posset.

Octaua die mensis nouembbris Religiosus frater *Melchior* ordinis Eremitarum sancti Augustini sacre theologie Baccalaureus Biblicus in auditorio posterioris collegij publice respondit pro admissione ad Sententias presidente sibi Eximio Magistro *petro Lupino* thesaurario et statim finita responsione ex consensu Magistrorum ad Sententias admissus est et sequenti die iuxta morem solenne fecit principium et dedit danda.

Duodecima die mensis nouembbris Venerabilis vir Magister *Andreas Karlstat* et sacre theologie Licentiatus hora prima post-meridiana in ecclesia omnium sanctorum presente tota vniuersitate per egregium virum dominum doctorem et magistrum nostrum *petrum Lupinum* thesaurarium vesperiatus est, eximio magistro nostro *Martino pollich de mellerstadt* proponente quaestionem emancipatoriam et ceteris omnibus secundum facultatis statuta quam diligentissime obseruatis.

Sequenti die, qui fuit festivitas S. Briccij, prefatus Magister *Andreas* iam vesperiatus coaceruata ad signum maioris campane tota vniuersitate in ecclesia omnium Sanctorum per eximum magistrum nostrum *Petrum lupinum* in sacre theologie doctorem et magistrum solennissime insignitus est, Galli fuerunt Eximij Magistri nostri *wolffgangus augustini de Monaco* ordinis Eremitarum S. augustini episcopi tunc decanus et *Nicolaus grüneberg* ecclesie parochialis conuentor seu vicarius, et alia omnia ad aulam spectantia quam diligentissime fuerunt obseruata. Insuper doctor nouellus de speciali benevolentia et liberalitate splendidum instituit et dedit prandium omnibus doctoribus superiorum facultatum vna cum decano artium et aliquibus ciuibus ad hoc vocatis.

In vigilia sancti Andree Religiosus frater *petrus de pornis* ordinis minorum sacre theologie baccalaureus biblicus in auditorio posterioris Collegij presidente sibi eximio magistro nostro *wolfgango de Monaco* ordinis Eremitarum sancti Augustini tunc decano pro admissione ad sententias publice respondit. Statimque

finita responsione ex consensu magistrorum ad Sententias missus est, Et sequenti quarta feria, que fuit festum sancte Barbare, solenne fecit principium et dedit danda.

Anno 1511 sub decanatu estiuo magistri *Martini polichij Mellerstatensis* in vigilia assumptionis Respondit magister *Iohannes de felskirchen* canonicus ecclesie omnium sanctorum ad sententias Theologicas et admissus est die altera.

feria 6<sup>ta</sup> post assumptionis respondit pro licentia in sacra theologia religiosus pater augustinianus *Iohannes Spangenbergen-sis*. Et admissus est concorditer.

Sexta feria post festum b. Augustini respondit pro licentia Religiosus pater augustinianus magister *wenzeslaus de Colditz* prior conuentus *wittenbergensis* et admissus est.

feria 6<sup>ta</sup> post nativitatis marie respondit pro licentia religiosus pater Magister *Iohannes de Mechlinia* prior *Enchusensis*. presentibus multis et egregijs hospitibus religiosis de facultatibus et concorditer est ab facultate admissus.

Insuper kalend. XVII. octobris vesperiati sunt Religiosi patres Augustiniani: magister *Iohannes hergot de Northusen* prior *Borossie*, Magister *Iohannes (de) Mechlinia* prior *Enchusensis*, pater *Iohannes Spangenbergius* Et Magister *wenzeslaus d' Colditz*, omnes Augustiniani ordinis heremitarum. Et in crastino candidati sunt Theologiae per reverendum patrem fratrem *Iohannem Stupicium* vicarium eiusdem ordinis per Germaniam.

*Enchusensis* vna cum magistro nostro *wenzeslao* relati sunt in senatum Theologicum Sabbatho Francisci.

feria 6<sup>ta</sup> post Borchardi respondit ad sententias pater *Iohannes de Campis* prouincialis Saxonie ordinis Carmelitarum acceptaque est sua responsio.

In profesto Luce respondit pro formatura Religiosus pater frater *petrus de Bornis* ordinis minorum, Et conoorditer admissus est.

Sub decanatu eiusdem fuit propositum de interpretanda clausula illius statuti de distributione pecuniarum inter magistros nostros: *Ceteris magistris vnus*. Eo quod interdum solus *vnus* comprehendatur sub ea. Sed nihil contrarium fuit conclusum. immo distribuebatur iuxta simplicem statuti tenorem pro reliquis duobus quod et antea fiebat.

Anno virginis partus 1511 In festiuitate diui euangeliste luce Iterum et secundo Sacre theologie facultatis huius studij *Petrus Lupinus* artium ac sacre theologie magister Ecclesie Omnim sanctorum Custos In decanum electus est.

Sub cuius decanatu sexta feria post katharine venerabilis vir Dominus *Nicolaus de Amsdorff* artium magister et sacre theologie baccalaureus formatus, Ecclesie omnium sanctorum Canonicus ducalis Respondit pro licentia presidente sibi magistro nostro eximio *petro lupino* etc. Et admissus In licentiatum Ipso die due barbare virginis promotus est.

Insuper Anno domini 1512 quinta die Marcij venerabilis vir Dominus *Georgius Ebner de staffelsteyn* artium honestarum magister ac sacre theologie baccalaureus biblicus pro admissione ad sententias respondit, Et admissus atque promotus est.

---

Anno Eodem die diui vincencij martiris consistorialiter In domo Doctoris *Martini Pollichis* per magnificum huius studij Rectorem Doctorem *Reysenbusch* ac Reformatorem conclusum fuit, quod Respondentibus in disputacionibus circularibus facultatum maiorum post trinani responsionem debeat de vniuersitatis pecunijs dari 1 gr. 6 zl, hoc est denarij .18.

---

Anno domini MDXII in vigilia S. apostolorum Philippi & Iacobi: post publicationem noui rectoris electus est in Collegio Decanus theologie facultatis Eximus vir *Andreas Bodenstein Carolostatinus* arcium ac theologiæ doctor ecclesie omnium sanctorum in *Guttemburga* collegiatæ et exemptæ Archidiaconus, qui sub eius decanatu acta: ut sequuntur: subscrispsit.

Venerabilis vir dominus magister *Sebastianus Kuchenmaister de friberga* sacre theologie baccalaureus formatus ecclesiæ supradictæ canonicus Sexta feria post Corporis Christi hora septima ante et prima post meridiem respondit pro licencia, et post actum disputacionis petens admitti admissus est. et promotus est in vigilia Michaelis ipso die Guenceslaj.

Venerandus et religiosus pater frater *Ioannes de Campis* ordinis Carmelitarum Prouincialis bacca: sentenciarius: altera post Ioannis Baptiste respondit pro formatura: et post responsionem sufficientem fuit admissus.

In Octava visitacionis gloriosissimæ Virginis Marie per famu-

lum facultatis theologicę iuratum feci conuocari dominos doctores eiusdem facultatis, ad diem sequentem mane hora septima in sacra-rio ecclesię collegiatę omnium sanctorum, qui comparentes sta-tuerunt, Quod licenciati sacrę theo: habentes prebendas ducales in predicta ecclesia, eo quod baccalaureis deputate sunt, debent vt baccalaurei in vacancijs disputare et presidere, dummodo ordo ad eos deuenerit, singuli primum promocionum tempus, ita ut senior tunc disputationem preses inchoet, et ipsi susceperunt hanc legem.

Venerandus vir dominus *Ioannes Doelsch* de *Velkirgen* arcium liberali: magister acutissimus ecclesie collegiate omnium sanctorum exempta in *Wittembergk* canonicus, in vigilia S. Au-gustini huius alme vniuersitatis peculiaris patroni, pro formatura optime respondit: atque ipso die e uestigio post eruditam responsionem, facultate concedente, est formatus in baccalaureum sacre theologie.

Statutum ac decretum est 7<sup>o</sup> kalendas octobris a patribus theo-logicis doctoribus, per iuratum bedellum ad ecclesiam collegiatam conuocatis, Quod illi decano debet darj pecunia ad decanum perti-nens, qui promouendum ad disputationem et post disputationem ad gradum admittit, licet baccalaureus baccalaureatum sub decanatu alterius sequentis recipiat. De licenciato vero (quoniam ipsum promovere oracione premissa obnoxius est decanus, atque cum la-bores exquirat, oratio et os boui trituranṭi alligari non debeat, ac nemo alij suos labores dare teneatur) decretum est, quod sub eodem decano debet admitti et publice promouerj. Si autem licenciam ante vesperias sine speciali oracione adipiscitur, debet pecunia illi decano, qui eum amisit, darj.

Anno domini MDXII sub decanatu eiusdem *Andree Carolostatini* ipso die Sancti Wenceslai promoti sunt in licenciatos uel eis concessa est licencia magistrandi in sacra theologia scilicet Ve-nerabili viro domino *Sebastiano Kugenmaister* etc. atque reli-gioso patri *Ioanni Campis* prouinciali carmelitarum etc. et pre-scriptus ordo inter eos est obseruatus.

In die :S: francisci collata est licencia magistrandi in sacra theologia religioso patri *Martino Lüder* arcium magistro et fratri Augustiano.

In eodem die :S: francisci promoti sunt in baccalaureos bibli-cos: religiosus frater *Thilmannus Schnabel* et venerabilis domi-nus *Guenczeslaus Stockhaim* arcium magister.

Anno salutis nostre duodecimo supra millesimum quingentesimum vniuersitatis vero vndecimo in festinitate diui ewangeliste luce Post electionem noui rectoris eiusdemque denuntiationem Congregatis in vnum patribus theologici senatus magistris nostris eximijs In posteriori camera seu stuba veteris collegij Obseruata statutorum forma designatus est facultatis theologice decanus Religiosus pater frater *wenczeslaus linck* artium et sacre Theologie professor cenobij Augustiniani prior Sub cuius officio acta manu prefati decani annotata sequuntur.

Decima octaua octobris, quę fuit festivitas sancti luce, Religiosus pater frater *Martinus lüder* ordinis f. Eremitarum sancti Augustini Sacre theologie licentiatus: hora prima pomeridiana secundum formam statutorum a Magistro nostro eximio domino Archidiacono ecclesie omnium sanctorum *Andrea bodenstein* Ex *Carollstadt*: vesperius est Presentibus dominis de vniuersitate plurimisque alijs venerabilibus hospitibus.

Sequenti die ad pulsum maioris campanę congregatis yt prius patribus et hospitibus idem pater a prefato Magistro nostro *Andrea* doctoralibus insignijs in sacra theologia secundum formam statutorum est insignitus. Galli fuerunt Magister *wenczeslaus linck* Augustinianus et Magister *Nicolaus viridimontanus* Ecclesie parochialis pastor. Prefatus insuper doctor nouellus dedit danda.

Vicesima secunda die octobris, quę erat Sexta feria post luce, presentibus omnibus magistris theologię numero sex venerabilis vir *Georgius Ellner* sacre Theologię baccalaureus sentenciarius publica disputacione et solempni, Preside Magistro nostro eximio domino *Andrea bodenstein* *Carollstatino* Ecclesie omnium sanctorum archidiacono, examinatus est, Atque vnamini tocius senatus theologici consensu mox finita disputacione ad petendum pro formatura admissus, In suaqué petitione benigne a patribus exauditus est ob morum, vitę ac doctrinę eminentiam.

Eisdem die ac hora Reuerendus pater Magister noster *Martinus lüder* ordinis f. Eremitarum s. Augustini in senatum theologicum iuxta facultatis statuta relatus est<sup>1)</sup>.

Decretum protunc est a patribus, quod Matricula siue Racionarium Seolasticorum facultatis theologicę a decano conficiatur, Qua-

1) Pauca, quae hic adscripta erant, atramento ita obducta sunt, ut legi plane non possint.

tenus singulos comodius perspici valeant, Utque singuli promoueri cupientes se decano presentent atque inscribi faciant.

Sabatho post Martini Spectabilis vir Magister *bastolomeus bernhardi ex feldkirchen* facultatis artium decanus Et Religiosus pater frater *Andreas hoferichter* Augustinianus sacre theologie lector studijque Magdeburgensis regens secundarius pro examine ad bibliam petierunt admitti Tociusque senatus consensu sunt admissi. Quorum primus publice respondit 6<sup>ta</sup> feria post, quę erat dies s. elizabeth, preſide Magistro nostro *Wenczeslao linck* Augustiniano decano, disputacione completa admissus est, Deputatis sibi libris legendis in ve. tes. liber sapientię In Nouo liber apocalips'.

Alter scilicet *Andreas* Respondit sexta feria post Catharinę preſide Magistro nostro *Martino luder* Augustiniano. Postquam admissus est, assignati sunt eidem libri in ve. test. 20 capitula priora genes' in Nouo Euangelium Mathei.

Ambo prefati baccalaurei solenne principium fecerunt iuxta facultatis consuetudinem in vigilia s. Andree.

Item 6<sup>ta</sup> feria post katharine, quę erat 26 nouembris, venerabilis et religiosus pater frater *petrus bornis* Minoritani cenobij Guardianus Sacre theologie baccalaureus formatus ad examen pro licentia admitti petiſt: Annuerunt patres con<sup>1</sup>).

Idem 6<sup>ta</sup> feria post festum conceptionis virginis gloriose publice respondit Preſide Magistro nostro *Martino pollichio ex Mellerstat*, postquam pro licentia petens a patribus admissus est.

Idem in priuato licentiam nactus est Sabato post conceptionis. In publico et solenniter ipso die s. lucię Decano orationem faciente.

Item Anno 1513 6<sup>ta</sup> feria post octavas Epiphanię f. *Tillmannus schnabell* et *Andreas hoferichter* Augustiniani sacre theologie baccalaurei biblici pro admissione ad sententias petierunt et obtinuerunt.

Item protunc quia alter illorum puta *Andreas* in conuentu *Magdeburgensi* ordinis sui studio lecturam biblie compleuit, Ventilatum est et sermo habitus inter Magistros nostros super quodam statuto de complementibus extra vniuersitatem facto Anno domini 1509 sub decanatu Magistri nostri *Iodoci isennachzensis* Et vnamini senatus decreto irritum factum atque cassatum est. vi. id supra.

Prior horum scilicet *Tilemannus* 6<sup>ta</sup> feria post conuersio-

1) i. e. conscripti.

nem diui pauli pro examine respondit, Alter vero 6<sup>ta</sup> feria post purificationem virginis gloriose. Admissi sunt. Eodem die post prandium solenne principium in sentencias fecerunt atque baccalaurei sentenciarum, vt dicitur, publice proclamati sunt.

Anno 1513. Sub decanatu cestiuo M. *Martini polich de Mellestadt* feria sexta proxima post festum exaltacionis Sancte crucis Venerabilis pater *Thilemannus Schnabell* Augustinianus Sacre theologie baccalaureus respondit pro formatura in eadem Sub Religioso et deuoto patre Magistro nostro eximio *Martino Luder* itidem Augustiniano: Atque accedente omnium patrum vnanimi consensu formatus est die eodem.

Arcium magister venerabilis *Venceslaus Stockhaim* admissus est ad sentencias Theologicas vt respondeat 2. Septembris. Sed respondit vt sequitur.

Anno domini 1513. Sub decanatu hyberno M. *petri Lüpini de Radenheym* Ecclesie nostre exemptę Custodis feria sexta In octaua Diui Martini Episcopi Venerabilis pater *Andreas Hoffrichter Aurelianus* sacre theologie baccalaureus sentenciarius respondit pro formatura presidente sibi Magistro nostro eximio *venceslao Itidem Aureliano Wittenburgensis* conuentus priore religiosissimo Ac omnium patrum vnanimi consensu formatus est.

Item venerabilis vir *Venceslaus Stogheim* arcium magister baccalaureus biblicus In vigilia diue Catharine virginis et martiris, presidente sibi magistro nostro eximio *Martino polich de Mellerstadt* Respondit pro admissione ad sentencias Et admissus atque promotus est.

Anno domini. M. D. XIII. In vigilia Sanctorum Apostolorum Philippi et Iacobi: post publicacionem noui rectoris electus est in collegio Decanus theologie facultatis Eximus vir dominus *Andreas Bodenstein Carolostatinus* Arcium et theologie doctor Ecclesie omnium sanctorum in wittenberga collegiate et exempta archidiaconus. qui sub eius decanatu acta, vt sequuntur, subscrispsit.

Sub decanatu eiusdem In octaua glorioissime virginis Marie Venerabilis vir dominus *Andreas Kauxdorff* Arcium liberalium doctissimus atque Concionator dicte Ecclesie celeberrimus respondit publice pro admissione ad Bibliam presidente sibi domino

*Petro lupino Magistro eximio.* quo facto a professoribus theologicis eadem admissione dignus est reputatus et iudicatus atque in vigilia Sancti Mathei premissa oracione coram multitudine doctissimorum virorum ad Biblam est admissus et In Baccalaurium S. Theo. promotus Indulta eidem venia, extra vniuersitatem In insingni (sic) ciuitate Magdaburgensi designatos sibi libros eorumque capita legendi, Interpretandi et complendi.

Sub Decanatu eiusdem. 2. Nonas Octobris venerabilis & religiosus P. F. *Thilemannus Schnabel* Augustinianus sacre Thelogię (sic) Baccalaureus formatus presidente ei Egregio viro *Andrea Bodenstein* supradicto Decano Respondit publice secundum formam statutorum pro Licentia ad recipiendum insignia doctoralia in sacra Theologia atque post responsonem eadem Licentia decernentibus Doctoribus Theologicis et est dignus reputatus atque in festo S. Dichysij pomeridiana hora secunda concedente sibi digniss: D. Vice Cancellario Licentiam in Licentiatum promotus.

Anno domini 1514 Diui luce festo Iterum et 2<sup>o</sup> facultatis Theologice huius almi studij decanus designatus est frater *wenczeslaus lingk* Augustinianus prior Sub cuius decanatu acta sunt hec manu ipsius signata.

Sexta feria post Martini venerabilis pater *Ioannes pictoris lippensis* ordinis fratrum Eremitarum a. Augustini sacre Theologie baccalaureus formatus Coloniensis petijt recipi Offerens litteras testimoniales facultatis theologice studij coloniensis et patrum suorum similiter. Et patrum senatus consensu Previa responsione solenni aut Catedrali Sub preside Magistro *wenczeslao* decano 6<sup>ta</sup> feria post elizabet admissus est. Soluitque 1 fl videlicet 14 gr. presidenti et 7 gr. diniidium sui gradus formaturę pro receptione.

Idem pater respondit 6<sup>ta</sup> feria post lucię preside Magistro nostro *Martino lüde'* Augustiniano iuxta statutorum formam Et admissus est atque vicecancellario oblatus, licentiatusque in priuato Sabato post Incie et 2<sup>o</sup> feria post in publico. dedit danda et insuper omnibus doctoribus et licentiatis bonū prandium.

Venerabilis pater *Andreas hofrichter* Augustinianus sacre Theologie baccalaureus formatus pro licencia Respondit 4<sup>ta</sup> feria post letare preside Magistro nostro *petro lupino*. Completaque disputatione admissus et vicecancellario presentatus et ita licen-

tiam in priuato nactus In publico vero 3<sup>a</sup> feria post Annuntiationis s. virginis ante dominicam Iudica Deditque danda Insuper Magistris Theologie bonum prandium.

<sup>1)</sup> Sub Decanatu eiusdem feria Sexta post Sancti Georgij: venerabilis pater *Iohannes fro sch Babenbergensis* ordinis fratrum b. Virginis de monte Carmeli Sacré theologiæ Baccalaureus formatus Tholossensis: petiti recipi ad facultatem: offerens literas testimoniales Vniuersitatis et<sup>2)</sup> Studij Tholosini: et patrum suorum similiter nusquam vitiosas aut suspectas: Et preuia Solenni et Cathedrali responsione sub préside Magistro nostro Eximio Domino *Andrea Carlstadt*: vnanimi Dominorum de facultate consensu admissus est. Soluitque dimidium gradus sui scilicet formature<sup>3)</sup>

7. gross. & 14. gross. præsidenti, vt statutum est.

<sup>4)</sup> Anno domini .1515. Sub decanatu estiuo eximii p. Magistri *Martini Luder Mansfelden*. facta sunt ea quæ sequuntur.

P. Magister noster Eximus *Iohannes Hergott* Augustinianus. ad senatum theologicum receptus est die .17. Augosti, quæ fuit sexta feria, finita disputatione in collegio præsentibus dominis Magistris de facultate.

P. *Melchior Mirisch* prior dresden. ordinis Augustinen. Baccalaureus formatus eodem die quo supra publice pro Licentia respondit. & post disputationem. præsentibus dominis de facultate. dignus Iudicatus & admissus est Et dedit danda. post die sequente Natiuitatis festum gloriose virginis id est ipso die .S. Gorgonij mane in Aula D. Doctoris *Erardi Milde* pariter in Licentiatum promotus est. concedente ej dignissimo patre & D. Doctore .N. *Reissenbusch* præceptore Lichtenbergen. Cancellario nostro.

Nona die Septembri vesperiati sunt Religiosi patres Magistri *Tilemannus schnabell* ex alsfeldia Hassiq: *Iohannes pictor* ex *Lippia* Vestphaliæ. *Andreas hoffrichter* ex *Minderstadt* franconiq & *Melchior Mirisch* ex *Dresden* Misne: omnes Augustiniani Eremitæ per Eximum p. Magistrum *Martini Luder*. Et in Crastino die Sanctorum Martyrum prothi & Hiacynthi per eundem solenniter Doctoralibus sunt insigniti. Ce-

<sup>1)</sup> Sequentia scripsit Lutherus. <sup>2)</sup> Lutherus pro „vniuers. et“ primum scriperat: „facultatis theologicæ.“ <sup>3)</sup> Lutherus delevit, quod adscriperat: „hoc est 1. flor.“ <sup>4)</sup> Quæ iam sequuntur, Lutherus ipse scripsit.

teraque omnia secundum statuta Diligenter obseruata fuerunt. Emancipator fuit Magister Eximus *Petrus Lupinus*. Galli Reuerendus p. Magister *Johannes Hergot* Augustinianus et Eximus Magister *Nicolaus Gronenbergk* pastor Vittenbergensis populi, Dederuntque Nouelli p. Magistri toti Vniuersitati et Senatus preciosum & splendidum prandium de benevolentia speciali presentibus illustrissimo principe & duce *Wolfgango Comite palatino* etc. Rectore nostrę Vniuersitatis et Nobilibus & Generosis Comitibus de *Erbernstein et Regenstein*<sup>1)</sup> alijsque pluribus honestis hospitibus.

Relati quoque sunt et suscepti ad senatum siue Concilium theologie nostre Vniuersitatis omnes quattuor & Singulus ipsorum Vigilia Exaltationis S. Crucis.

Anno domini 1515 In die divi Luce euangeliste Sacre theologie huius Incliti studij *Petrus Lupinus Radhemius* professor eximus Edisque omnium sanctorum exempte Canonicus ac eustos In decanum est electus.

Sub eius decanatu anno 1516. venerabilis Pater *Johannes langus effordianus*: bonarum artium Magister sacreque theologie lector presidente sibi Magistro nostro eximio *Johanne Hergott* Augustiano ad examen pro biblia respondit Ac omnium unanimi consensu admissus est, Et In sacre theologie baccalaureum biblicum vicesima die nouembris promotus est.

Item In die dini Clementis Pape Venerabilis Pater Frater *Johannes Henrici Parthenopolitanus* Ordinis diui Dominici presidente sibi Magistro nostro eximio *Petro Lupino Radhemio* etc. Sacre theologie lector pro baccalaureatu ad bibliam respondit Ac secunda feria post diui Andree apostoli promotus est.

Item venerabilis Pater Frater *Ioannes Frosch Bambergensis* Carmelita Sacre theologie baccalaureus formatus Tholosensis Presidente sibi Magistro nostro eximio *Martino Luder* etc. feria quinta post fabiani et sebastiani Martyrum respondit pro licentia Ac In sacre theologie licentiatum promotus est per Magistrum *Petrum Lupinum* etc. feria tercia post conuersionis Diui apostoli Pauli.

Sub decanatu Venerabilis viri et domini *Andree Carolsta-*

---

1) Bernhardo Comite de Eberstein, Eccles. Treveren. et Argentin. Canonicō, et Vdalrico Comite de Regenstein et Domino in Blanckenburg.

*tensis artium, iurium ac sacre theologie doctoris atque archidiaconi et canonici ecclesie collegiate et exemptae omnium sanctorum In wittemberg Anno M. D. XVI. hec quæ sequuntur, sunt acta.*

Anno quo supra die vero Martis xvij mensis Iunij post rigidum examen admissus est publice ad sententias et in sententiarium promotus religiosus pater F. *Ioannes Henrici* ordinis predicatorum.

Eodem anno die vero Iouis xxv. Septembris Egragij et venerabiles viri vt domini *Bartholomeus Bernhardi feldtkirchen*, *Simon Heins Brucen*. ecclesie parochialis Wittemburgensis pastor et *Simon Bohem de av* artium Doctores simul In vna cathedra et vno contextu brauium<sup>1)</sup> ad quod multis laboribus per seriosa examina cucurrerunt, triumphantes comprehendenterunt, videlicet dominus *bartholomeus* promotionem ad sententias et alij duo *Symones* prefati admissionem ad bibliam, Ita quod iidem vno eodemque die primus sententiarius, reliqui duo Baccalaurii biblici creati promoti et vt tales promulgati sunt.

In fine eiusdem decanatus magistri nostri eximij *Iohannes Hergoth* et *Martinus Luder* Augustiniane religionis Eremitani conuenerunt inter se, quod deinceps presidere ceterosque dignitatis ac honoris actus secundum promotionem et non ad facultatis receptionem debent exercere, consencentibus senatoribus eiusdem facultatis.

Anno domini 1516. ipso die sancti luce in stuba veteris collegij post noui rectoris electionem ac publicationem senatoribus facultatis theologicæ collegialiter congregatis reverendus pater magister *Iohannes hergoth de northausen* augustinianus de vnamini consensu iuxta statutorum formam in decanum electus est, sub cuius regimine infra scripta acta sunt.

Anno eodem die 7. nouembris religiosus pater *ioannes henrici* predicatorum ordinis post circularem disputationem admitti pro formatura peclijt et de consensu omnium senatorum est admissus. Et feria 6<sup>ta</sup> post martini legaliter respondit et feria quarta post responsionem solemnem facto principio cum questione proponenda in baccalarium formatum publicatus est, deditque danda presidente magistro nostro eximio *ioanne hergoth* decano.

Eodem Anno die vero 14. Ianuarij Religiosus pater *Symon cesaris* sacre theologie Baccalaureus Biblicus offerens literas te-

1) sic p. brabium (*βραβεῖον*), praemium.

stimoniales patrum suorum de Cursus biblie complecione iuxta ritum facultatis, theologicē vniuersitatis Coloniensis, ad facultatem nostram recipi, atque ad sentencias admitti pecijt, qui receptus dedit danda. Die autem 17 eiusdem mensis facta solenni disputacione, presidente eximio magistro *petro radhey m lupino*, liberalium arcium ac sacre theologie professore, Omnim sanctorum ecclesie Canonico ac Custode, in lectorio ad sentencias admissus, Atque die .27. eiusdem mensis facto principio conueniente libro sententiārum primo ac mota questione ad sentencias admissus, In sentenciārumque Baccalaureum proclamatus atque promotus, Et dedit danda.

Reuerendus pater D. *Ioannes Heinrici* ordinis predicatorum frater die Iune XXIII Marcii in lectorio noue domus est publice licenciatus, vices decanatus gerente D. *Andrea Carolstatensi* etc. anno MDXVII.

<sup>1)</sup> Anno domini 1517. Sub decanatu estiuo. Eximii.p. Magistri *Martini Luther Mansfelden*. facta sunt ea: quę sequuntur.

Die Vicesima prima Augusti Venerabilis d. Magister *franciscus Guntherus Nordhusen*. presentibus Dominis de facultate in Collegio petijt admitti ad responcionem pro Biblia Et admissus est. Responditque die quarta septembbris presidente Eximio patre M. *Martino Luther* Decano facultatis & vno consensu Dominorum ad Baccalaureatum in Biblia admissus est.

Eadem die Quarta & eiusdem mensis Septembbris Venerabilis dominus *Iohannes Montanus hessus* artium Magister petijt admitti ad Bibliam pro responsione. Et admissus respondit presidente Eximio. D. *petro Lupino*. S. T. doct etc. die vndecima eiusdem mensis et ad Baccalaureatum admissus est.

Vndecima die eiusdem mensis. petijt pro responsione ad Bibliam Venerabilis et religiosus pater *Martinus Glasser*. Eremitarum S. Augustini Episcopi. Et admissus Respondit presidente Eximio. p. *Martino Luther* etc. vice Eximij D. *Andrea Carlstadii* etc. decima octaua eiusdem mensis. Et admissus est ad Baccalaureatum.

Vicesima prima die Septembbris, quę erat altera post festum Matthei hii tres predicti Venerabiles viri, Scilicet *franciscus Guntherus*, *Iohannes Montanus* artium Magistri. & religiosus p. *Martinus Glasser*. facto principio et commendatione S.

1) Seqq. *Lutherus* scripsit.

Theologie ad Bibliam conueniente simul sunt ad Baccalaureatum Biblie promoti proclamatique, coram dominis de Vniuersitate, Exhibueruntque Dominis de facultate et Doctoribus prandium splendidum de Benevolentia speciali.

In die Luce Euangeliste Anno domini 1517 huius Incliti studij *Petrus Lupinus Radhemius Radhemius* sacre theologie professor eximius Edisque Omnim sanctorum exempte Custos ac Canonicus In decanum prefectus est.

Sequentia facta sunt. Vndeclima die Ianuarij anni 18. vespriatus est religiosus pater *Petrus Fontanus Minoritanus* per Egregium *Petrum Lupinum* etc. Die vero sequenti per eundem solenniter doctoralibus insignitus est. Emancipator fuit Eximus d. *Andreas Carolostatinus*. Galli Reuerendus pater *Martinus Luder* Et egregius doctor *Iohannes Estucampianus* ad hoc admissus. Relatus quoque ac susceptus est ad senatum atque concilium theologie nostre facultatis Quinta die Marcij.

Item venerabilis pater *Symon Cesar* Sacre theologie baccalaureus Eremitarum Sancti Augustini *Herczbergen*. prior presidente sibi Magistro nostro. eximio P. *Martino luder* Quinta die februarii pro formatura respondit Et Patrum vnanimi consensu admissus est, Nec non vndecima die eiusdem mensis principium solenne In tertium fecit atque formatus est.

Item Quinta die Marcij venerabilis vir dominus *Iohannes<sup>1)</sup> Veltkirgen*. arcium et sacrosancte theologie baccalaureus formatus Eccleiae Omnim sanctorum exempte Canonicus ducalis pro licentia respondit sibi presidente *Petro Lupino* etc. argumentatique fuerunt In eadem disputatione ante et post prandium ad minus decem et nouem eruditiviri eiusdem facultatis non Ignorati Omnimque vnanimi consensu ad licentiam est admissus Ac die nona eiusdem mensis per prefatum *Petrum Lupinum* In licentiatum promotus.

Anno domini 1518 Sub decanatu estiuo Eximij viri *Andree Bodenstein Carolostatini* arcium I. V. ac sacre Theologie doctoris ecclesie omnium Sanctorum in Wittenbergk Archidiaconi acta sunt hec que sequuntur.

Anno quo supra die vero prima Maii Venerabilis D. Magister *Nicasius Claij herczbergen*. pecijt admitti pro responsione ad

1) Adscriptum est nomen: „doelsch.“

Bibliam Et admissus est. Responditque die decimaquarta eiusdem, Presidente Eximio D. *Andrea Bodenstein* Decano facultatis Theologicę Omniumque consensu admissus ac per prefatum D. Decanum decimaquarta Iunij promotus est.

Diē vero septimo Iulij Venerabilis D. *Bartholomeus Bernhardi* sacrę Theologię sentenciarius pro formatura pecijt admitti et est admissus.

Die uero Lunae 19 Iulii. D. *Guntherus Northusen*. arcium magister et sacrę Biblię Baccalarius. consecutus est vteriore, quem ad sentencias vocitant, gradum in theologia.

Religiosus p. Frater *Jacobus Fuererius Zwickauien*. Minoritanus die Veneris 20. Augusti pro admissione ad Bibliam respondens admissus est et assecutus, quod conabatur.

Anno domini 1518 sub decanatu Brameli R. p. *Martini Luther S. T. Magistri* acta sunt hęc sequuntur.<sup>1)</sup>

Anno quo supra Vicesima prima die mensis Nouembris vesperatus est Venerandus pater *Iohannes frosch* Sacre T. licentiatus Carmelitarum *Augustę* prior per Eximum dominum *Andream Carlstadium* Sacre The. & vtriusque Iuris Doctorem omnium Sanctorum wittenbergen. Ecclesię Archidiaconum.

Et in crastino sequente die Scilicet Sanctę Cecilię per eundem doctoralibus Theologie solenniter est insignitus et in doctorem S. The. publice promotus ac pronunciatus. Ceteraque omnia diligenter sunt secundum statuta seruata. Emancipator fuit Eximus vir Dominus *petrus Lupinus*. Galli R. p. Mgr. *Martinus luther & Spectabilis D. licentiatus Nicolaus Amendorff* Deditque facultati splendidum et honorificum prandium de benivolentia speciali.

Anno restituę salutis Vnde uigesime supra millequingentos Decimo Kalend. Iulij Hoc est Dominica Cantate Post statutorum Vniuersitatis Lectionem In noua collegij domo, tocius senatus Theologici consensu Decanus Theologice facultatis electus est Ex diu Francisca familia Venerabilis et Religiosus Pater *Petrus Fontanus* Sacrarum literarum professor minimus Sub eius decanatu Estiū subterius notata acta sunt.

1) *Lutherus*, qui haec exaravit, scripsit: „sequuntur“, neque vero: sequentia.

Anno humanæ redempcionis 19. supra sesquinillesimum Venerabilis Dominus *Nicasius Claij hercbergensis* arcium et philosophie Magister Baccalaureus Theologie Biblicus 26. Augusti mane hora septima etc. respondit pro admissione ad Sententias satis grauiter docteque Et 13 Kalen. Octobris promotus premissa ex more oratione Sacre Theologie commendacia in Baccalaureum Sentenciarum.

Item Eodem Anno quarto nonis Septembbris Venerabilis dominus *Ioannes Eisleben* bonarum arcium Magister respondit pro admissione ad Bibliam, Et Vna cum percelebri domino *Philippo Melanchtone* arcium Magistro, qui 5. Idus Septembbris disertissime respondit pro admissione Ad Bibliam, Terciodecimo Kalendarum Octobris in Baccalaureos Biblie promoti sunt & Dederunt danda.

Item sub eodem Decanatu Pro foranatura Respondit Venerabilis Dominus Magister *Franciscus Guntetus* 3 Idibus Nouembris.

---

Anno domini 1519 sub decanatu hyemali *Petri Lupini* S. T. doctoris Acta sunt sequentia.

Anno 1519 quarta die Nouembris Religiosus pater *Hieronymus Mathie* predictorius presidente Eximio D. *Andrea bodenstein* Archidiacono respondit pro admissione ad bibliam Omnimque consensu admissus Sexta quoque die eiusdem mensis promotus est.

Anno 1520 pro admissione ad bibliam Tertia die februarii venerabilis pater *Henricus Greiff* Cistercien. Zianen. respondit: presidente R. P. *Martino Luthero* Augustiniano, Ac nona die eiusque est promotus: facultati theologie prandium splendidum de benevolentia liberali dedit.

---

Anno domini MDXX sub decanatu *Andree Botenstein* *Carolostadij*

Pater *Hieronymus Matthie* predictorius prior *magdeburgensis* die 25<sup>1)</sup>) respondit pro admissione ad sentencias et probatus abunde postridie ab eximio et Reuerendo domino *Petro Lupino* thesaurario disputationis praide et vice decano promotus fuit.

Eodem anno die vero veneris VI Iulij Dominus *Gualphangus de Elterlein* artium magister et S. Theologie Baccalaureus formatus respondit publice presidente Decano pro receptione ad facul-

---

1) Mensis non adscriptus est.

tatem, quem recepimus et locum illi inter baccaulaureos formatos assignauimus atque dedimus illi ius et priuilegium, quod nostre aca- demie et facultatis formati habent.

Anno domini M. D. XX. sub decanatu hiberno Reuerendi Patris Doc. *Martini Lutheri*,

Respondit pro formatura Pater *hieronymus Matthiae*, prior Magdeb. Ord. Praedic. in profesto Omnia Sanctorum.

Respondit pro Biblijs, pater *Iohannes Westman*, prior Lippienn. Ord. Diui Augus. in Die Animarum, et feria secunda post diem animarum promotus est<sup>1</sup>).

Eodem anno Respondit pro Biblia D. *Iohannes Cuelsamer* Magister Art. e *babenbergia* feria Sexta post martini. sequente feria secunda promotus. datis que statuta sunt.

Respondit pro Biblijs<sup>2</sup>) pater *Henricus Zutphanien*. Augustinen. feria sexta<sup>3</sup>) post Epiphanię anno 1521. feria secunda proxima promotus<sup>4</sup>).

A. Respondit pro Biblia Venerabilis vir *Antonius Zcymmerman* feria sexta post Ietare que fuit Decima octaua Marcij, Die Lunę sequenti promotus. presedit ej Eximius d. Doctor *Andreas Carlstadius* Archidiaconus.

B. Respondit pro biblijs Venerabilis vir *Iohannes Schlachynn-hauffenn* e Morauia. feria quarta post iudica que fuit vicesima Marcii. Sequenti die promotus. sub R. p. *Martino Lutheru* presidente. Et abiit nondum datis legitimis. quod D. Mag. rector *Christopherus Schlick* etc. fidem pro eo dederit et intercesserit<sup>5</sup>).

Respondit *Iacobus furer* minoritanus sub p.e: *lupino* The- saurario fidelissimo pro sentencijs facitque facienda<sup>6</sup>).

1) Huius decanatus narrationem hactenus scripsit Melanchthon; Lutherus vero scripsit, quae iam sequuntur. 2) Sic, non: pro Biblia, quod in antecedd. tam saepe occurrit. Melanchthon paulo ante primus recte scripserat: pro Bibliis. Vides, Lector, et hoc loco, quanta fuerit Melanchthonis auctoritas apud Lutherum. 3) Lutherus pro: „feria sexta“ primum scripserat: „Sabbato.“ 4) Melanchthon adscripsit: „sub Reuerendo patre d. doc. Petrō Lupino.“ 5) Quae litteris A. et B. notata sunt, Lutherus colore rubeo scripsit. 6) Verba: „Respondit Iac. furer— fecitq. facienda“ Lutherus non scripsit.

anno MDXXI sub éstiо Decanatu *Andree Carolostadij* Dominus Magister *Ioannes Kuelsamer* pro baccalaureatu quem vocant sentenciarum respondit et promotus est. actum die Lunę post Ascensionem domini pr̄esidente *Carolostadio*.

Eodem die post prandium responderunt simul Religiosus pater *Jacobus Iperensis* S. Theologie lector et prior Antwerpiensis et dominus *Laurentius Nauenhanensis* et promoti sunt pr̄esidente *Carolostadio* Baccalaurij Biblię.

Reuerendus p. frater *Jacobus iperen.* prior Antwerpien. me *Carolostadio* pr̄eside decano et promotore respondit pro Licentia et promotus est die 12 Mensis Iulii anno MDXXI.

D. *Christophorus Hoffman Onolczpachus* die 19 Iulij respondit pro biblijs et promotus est in baccalaureum Biblię.

D. *Ioannes Kuelsamer* respondit et promotus est die Magdalene theologie formatus Baccalaurius.

D. *Ioannes Dolicius Feldkirchius* Custos édis omnium Sanctorum die 23 Iulij fascibus doctoralibus est insignitus promotore *Carolostadio*.

Eximus d. *Tilmannus Plettenerus* magister et vicerector XX septembribus pr̄esidente Carolostadio ad Licentiam respondit et post responsionem illico ad licentiam priuatim est admissus.

D. *Guntherus Northusen.* die 24. septembribus Respondit pro licencia in theologia et dignus est iudicatus.

Sub decanatu eiusdem anno MDXXI

Reuerendus D. *Iodocus Ionas I. V.* Licentiatus prepositus ecclesie omnium sanctorum respondit die 24 Septembribus pro Licentia theologica. que post disputationem illi fuit collata. pr̄esedit ei *Carolostadius* et dedit *Feldkirchio* pecuniam.

D. *Thomas Nouidagiüs* D. *Ioanne Doelsch* pr̄eside die 4 octobris respondit pro Baccalaureatu Biblico, quem ad Bibliam vocant, et promotus est.

F. *Henricus Aurifaber* pro biblijs respondit xi octobris et promotus est *Carolostadio* pr̄eside ante prandium.

F. *Henricus Zutphaniensis* xi octobris respondit pro sentencijs post prandium pr̄esidente *Feltkirchio* et promotus fuit.

Eminentes viri et dd. *Thilmannus Plettenerus* vicerector et D. *Iodocus Ionas* prepositus die Calixti ipso 14 Octobris doctores theologie sunt promoti, et splendidum prandium dederunt.

Eodem die *Guntherus Northusensis* Episcopus *Lochanus* licenciam theologicam est consecutus.

Postridie Galli Religiosi fratres *Gotschalkus Crop* Herodianus et *Gotschalcus Cruse* responderunt ad Bibliam et promoti sunt *Andre Caro*, qui dederunt *Feltkirchio* 1 fl, prior ad *Carol.*, secundus ad *feltkirchium*.

Statutum sancitum est pecuniam vesperiaram ad promotorem doctoris pertinere.

Preterea notum sit personalia semper integre solui, ab eis etiam qui alioquin non integre reddunt. R. P. *Martino Lutheru* autore.

Sub decanatu eiusdem recepti sunt

*Egregius D. Ioannes Delicius Feltkirchius* ecclesie omnium sanctorum custos.

Eximus D. *Iodocus Jonas* prepositus eiusdem ecclesie.  
Eminens D. *Thilmannus plettenerus*.

Duo sunt disputationis ordines. vnas hebdomatim suis vestigijs vadit. Alter est presidencia eorum, qui pro gradibus nanciendis respondent propriumque cursum hic facit.

placeret iuramenta esse sublata, quia iuramentis nemo melior, plures sunt deteriores. Qui deum non reueretur, is nequam iusiurandum reuerebitur. ergo facessat.

---

Anno Domini 21. Sub Decanatu *Iohannis Delicij veltkirchij* hiberno

Respondit et promotus est in Theologię Licenciatum Reuerendus pater *Johannes Briesmannus*, minoritanus Theologię bachelareus formatus, preside *Andrea Bodenstein* Theologie Doctore: et mox in Licenciatum promotus est, Die octobris ultima eiusdem anni XXI.

Item die decimaquinta nouembris Responderunt simul ante prandium F: *iacobus Glap*, conventus Haynensis prior, ordinis seruorum beate virginis Et dominus *Gotschalcus Crop*: augustianus. primus pro biblia, Secundus vero pro formatura: Et fecerunt facienda prout statuta dictant: quare mox post Responsionem administr et promoti sunt; quibus *Ioh: dölicius veltkirchensis* praesedit, et vnum fl. D. preposito dignissimo dedit, alterum propter præcedentiam sibi seruauit.

22. Nouembris *Iacobus Furer*, minorita, respondit pro for-

matura preside *Iohanne dölicio veltkirchio* Anno etc. 21. et formatura dignus est iudicatus.

28. nouembris in Theologię Doctorem eximum promotus est Religiosus pater *gotschalcus crause brunssuicensis* et quia non ab abbe suo nec monasterio doctorales expensas recepit, ideo communi Theologorū consensu terciam ei dimiserunt expensarum mendicancium more, quia antea etiam eadem lege in biblicum est sub *Carolstadij Decanatu* admissus.

.29. Nouembris frater *Johannes Vunschalt* ordinis minorum pro biblia respondit D. *Carlstadio* preside et mox admissus est factis faciendis.

Tertia Ianuarij. Anno. 22. Respondit religiosus pater *Johannes Vuestermannus lippianus*. preside *Iohanne dölich veltkirchio* pro formatura. fecitque facienda et admissus est.

Frater *Johannes Briesman* minor: promotus est in Theologię magistrum eximum ab eximio *Iodoco Ionę* ecclesię *Wittenbergensis* preposito Dignissimo. 21. Ianuarij. etc.

Idem receptus est ipso die purificationis Marię. eiusdem anni. a D. *Veltkirchio* tunc decano etc.

Anno domini MDXXII. decanatum agente *Andreae Carolostadio* acta sunt

Frater *Nicolaus Coci*, visis a nobis literis sui gradus baccalaureatus biblici, receptus est omnium consensu in matriculam et locum baccalaureorum die Mercurij post diem Simonis et Iude et dedit dimidium sui gradus<sup>1</sup>).

Frater *Ioannes Westermannus* Augustinianus die Veneris post festum Simonis et Iude apostolorum respondit pro Licencia et promotus est illico ob dignitatem. D. *feldkirchius* presedit in nomine prepositi.

Eximus frater *Gotschalkus Crop Heruordianus* die 28. Nouembris respondit pro licencia, et statim promotus est. presidente Carolostadio.

F: *Nicolaus Coci Tanglimmensis* die XVIII. Nouembris

1) Carolostadius delevit quae scripsérat et adscripsit: „huius nomen obliterauí, quoniam noluit integrum dare pecuniam.“ Tum et haec delevit et ad marginem scripsit: „receptus.“

præsidente D. preposito pro *feltkirchio* promotus est sacre theologie formatus et sentenciarius.

Die 111 Februarij sunt consecuti quisque suum doctoratum eximij viri. F. *Ioannes Westermannus* et *Gotschalkus Crop* Augustinen. promotore *Carolostadio*. is tum palam testabatur post hoc se ne·vllum in quemvis gradum subuerturum<sup>1</sup>).

Nota pecuniam pro reliquis magistris dedi duobus illis preposito et *feltkirchio*, deinde cum illis diuisi pecuniam vesperiantis et gallorum, et ab hac detraximus et dedimus minorite X gl.

Anno Domini XXIII. et anno domini XXIII.

Sub dechanatu *I. Ionae*, Eximij viri. D. *Iohannes Draco* & *Ioannes Culsamerus*, praemissis pro more examinibus debitis etc., promoti sunt in magistros Theologiae et seruatae sunt leges facultatis.

Anno domini XXIII. Sub eiusdem dechanatu d. *Gaspar Glatius* & *D. Iacobus Oethe* parochus Northusensis primum pro more auditii & examinati in disputationib. publicis promoti sunt in magistros Theologiae, et in omnibus obseruata sunt statuta ut maiores tradiderunt & mos est harum promotionum in hac facultate.

Anno Domini M. D. XXV. Egregius & Eximius vir. D. *Ambrosius Moybanus Vratislaviae* parochus, sub dechanatu eiusdem *Iusti Ionae*, auditus primum in disputationib. publicis iuxta statuta etc. accepit insignia doctoralia, & promotus est in magistrum Theologiae. 2<sup>da</sup> feria post Iohannis Baptistae deditque danda seruatis ceteris statutis<sup>2</sup>).

M. D. XXXIII<sup>3</sup>).

Anno DOMINI M. D. XXXIII. XVI. mensis Iunij die quo hinc

1) *Lutherus* adscripsit haecce: „Et ego testor hac mea manu, me in eodem actu affuisse Et etiam has sacrilegas voces ex ore eius blasphemо audisse (Sed quibus tunc palam reclamare non licuit): Ego prudens facio impie, quod propter ij flor. promoueo. Et contendebat ex Matth. 23. neminem esse vocandum patrem aut Magistrum in terra, Sed vnum esse Magistrum & patrem in caelis etc. Ex quibus intelligitur, quo spiritu cuperit suam Theologiam. Mart. Luther m: propria.“ 2) *Lutherus* adscripsit: Hoc decennio toto perseuerauit Decanus D. *Iustus Ionas*. Eo quod propter bellum istud papale omnia turbata essent & promovendi studium & Ratio non posset haberi. 3) *Iust. Ionas* seqq. scripsit, quae primum scripserat: „Anno Dómini M. D. XXXIII.

abierunt nuntij Caes: Maiestatis & Romani Pontificis, qui missi erant in causa concilij congregandi generalis propter controvrsias, quae sunt nunc apud Germanos, de rebus fidei et religionis. Venit huc *Vittenbergam* Illustrissimus Princeps et D. D. IOHANNES FRID: S. RO. Imp. Elector vna cum clarissima domina, D. *Sybilla*, ducissa Saxoniae etc. S. C. vxore. Altero die quae erat XVI Iunij, Cum ad principem vocati essent Doctor MARTINVIS, D. *Philippus*, D. *Pomeranus*, D. *Ionas* ad consulendum & deliberandum de Synodo generali, de qua egerant legati, forte in colloquio cum principe sermo incidit, paucos nunc esse in ordine Theologico, quibus pro more scholarum, publice et solemnni ritu, tituli collati essent doctrinae. Et cum Doctor *Martinus* ibi dixisset iam breui futurum, ut doctoralia insignia acciperent *Gaspar Crucigerus*, D. *Ioannes Pomeranus* et *Ioannes Aepinus*, Illustrissimus princeps ulti subindicare cepit, imo palam ostendere, sibi gratum futurum esse, ut apparatus promotionis talium virorum se presente intra triduum celeriter fieret, illico clementer pollicitus se subministraturum sumptus, auditurum disputationem, interfuturum aulae doctorali.

Cum ergo alias inter patres Senatus Theologici, accidente suffragio Doctoris MARTINI LVTHERI, iam ante conuenisset, ut *Gaspari Crucigero* et *Ioanni Pomerano* in testimonium excellentis eruditionis et pietatis solemnni ceremonia, quemadmodum mos vetus traditus est, conferrent insignia Doctorum Theologiae, visum est inciuite tali Principi, tali pietatis et literarum patrono, rem honestissimam petenti non prolixo et promptissime obsequi. Proinde eodem adhuc die, vesperi, a D. *Philippo Melanchtone* sunt themata de Fide, de Ecclesia, de traditionib: humanis scripta. ad quae altero die, preside doctore *Martino*, responderunt iam dicti *Crucigerus*, *Pomeranus* & *Ioannes Aepinus*. Argumentatus est ipse *Philippus*, et quidam alij Theologiae studiosi, inter hos Doctor *Antonius Anglus*, D. *Alexander Scotus* etc. Illustrissimus Princeps Elector ipse dignatus est assidere & interesse disputationi a principio usque ad finem. Vna cum sua Cel. interfuerunt Clarissimus princeps IOHANNES ERNESTVS dux Saxoniae, FRATER Electoris, et preterea Illustrissimi Principes

---

XVL mensis Junij cum ex certis causis annis iam ... ritus promonendi<sup>is</sup>, delevit.

et d. d. *Franciscus Luneborgensis*, D. *Magnus Dux Meigburgensis*; *Ernestus Dux Brunsuicensis* filius *Philippi*, Comes a *Gleichen*, Reuerendus & clarus vir D. *Wolfgangus Reisenbusch*, preceptor Liechtenbergensis huius scholae Cancellarius, Doctor *Ioannes Ruel* Card. Moguntini Consiliarius, D. *Georgius Spalatinus* Electoriz a sacris concionibus. Deinde inter proceres aulae D. *Ioannes Metzsch* Landuoigt, D. *Ioannes a minckwitz* prefectus aulae Hofmeister, D. *Bernardus a miel* et plerique primae Nobilitatis. Sub haec finita disputatione missus nomine Rectoris totius vniuersitatis et patrum Senatus Theologici D. *Ionae*, ut ageret S. Celatitudini gratias, quod literis et literatis omanib., in primis ordini et nomini Theologico hunc praecipuum dignatus esset habere honorem. quem et Elector presentib: principib. omnib. et aulicis clementer audiuit. & aulae doctorali eadem humanitate se interfuturum clementer et ultro pollicitus est. Deinde XVII Mensia Junij, mane hora octaua solemni ceremonia et apparatu In templo arcis aula instructa et cepta est doctoralis, et promotore D. *Iusto Ionae* publice in sacrae Theologiae magistros et doctores promoti sunt D. *Gaspar Crucigerus Lipsensis*, D. *Ioannes Bugenhagen Pomeranus* pastor Ecclesie Vittenbergensis, & D. *Ioannes Aepinus* Superattendens Hamburgensis, et In Licentiatum Theologiae promotus est *Nicolaus glossen* et sumendi insignia doctoralia potestas faeta est eidem D. *Nicolaus Glosseño*, futuro concionatori in insigni vrbe Reuel. CHRISTVS det optimis viris, ut hoc publico testimonio et gradu ac titulo in Ecclesia utantur ad gloriam DEI OMNIPOTENTIS et salutem animarum. Prandum splendidum et per omnia Regium suo sumptu Illustrissimus princeps Elector dedit in arce, omnib. Doctoribus & magistris et plerisque huius professionis scholasticis, mensae numeratae plus minus XVIII aut XX. Hac munificentia princeps suam voluit declarare erga hanc scholam voluntatem. quare haec minora etiam quoque ascribere voluimus, ut posteri intelligent, qua singulari propensione animi, quo amore Illustrissimus princeps sub primum annum sua gubernationis erga doctores Euangelij et studia pietatis fuerit.

Sub dechanatu *Iusti Ionae*. p. 1533.

Receptus est ad facultatem, facta promissione debita, Eximius vir D. *Gaspar Crucigerus*, in domo dechani *Ionae* Sabb: post Gallij, condonatus illi 1 fl., de quo in statutis.

**Sub dechanatu. D. Mart. Lutherj Aº 1535.**

Receptus est ad facultatem, facta promissione debita, Eximius vir d. *Iovannes Bugenhagen pomeranus Vittebergensis Ecclesie nostrae pastor dignissimus*, in domo praefati Reuerendi patris nostri D. *Martini*, quinta feria post Exaltationis Crucis.

<sup>1)</sup> Eodem anno 1535. sub Decanatu D. *Martini Lutherj* Vndecima die Septembris Responderunt pro Licentia in sacra Theologia Venerabiles viri D. *Hieronymus Weller a freyberga Misnē* & D. M. *Nicolaus Medler* etc. Et admissi sunt iudicio Dominorum de facultate, presedit D. *Martinus Luther*.

Deinde XIIIII die scilicet Exaltationis s. Crucis publico more sunt promoti & doctoralibus insigniti. Promotor fuit D. *Iustus Jonas*, Dederuntque danda & splendidum prandium, idque de bona voluntate.

Anno Domini 1536 sub Decanatu D. *Martini Lutheri*

Decima Die octobris responderunt pro Licentia in sacra Theologia Venerabiles viri Domini M. *Jacobus Schenck* & D. *Philippus Moth*, Et admissi sunt. Presidens fuit D. *Mart: Luth.*

Duodecima die eiusdem mensis ijdem sunt publico ritu & more promoti & insignibus doctoralibus donati coram tota vniuersitate & honestis hospitibus, numeraueruntque omnia secundum statuta. dederunt quoque de benevolentia speciali prandium Splendidum. Promotor fuit D. *Caspar Creutziger*.

Anno Domini 1537 sub Decanatu D. *Martini Lutheri* continuato, ita volentibus patribus Conscriptis preter morem etc., Die prima Iunij responderunt pro Licentia in sacra Theologia Venerabiles viri D. *petrus palladius Danus*, Et d. *Thilogmannus N. Licentiatus Louaniensis* etc. Et admissi sunt. presidens fuit D. *Martinus Luther*.

Post die Sexta Iunij ijdem sunt promoti publico more coram tota vniuersitate & doctoralibus insigniti Dederuntque danda, promotor fuit D. *Iustus Jonas*. Exhibuerunt quoque prandium benevolentiter etc.

Anno 1538 sub decanatu continuato D. *Martini Lutheri*, inuiti scilicet & coacti,

Respondit pro Licentia in sacra Theologia D. Venerabilis *Cyriacus Gerichon ex Cerbist*, pastor *Bernburgensis* Die sex-

1) Seqq. usque ad d. 3. m. Jul. 1545 Lutherus scripsit.

ta septembbris, Et admissus est. presidens fuit D. *Martinus Luther.*

Die nona promotus est coram tota vniuersitate & insignitus Doctoralibus. Deditque danda & splendidum prandium benevolenter. Promotor fuit D. *Iustus Jonas.*

*Morlin.*

Anno 1540. sub Decanatu D. *Martini Lutheri* continuato Respondit pro Licentia in Sacra Theologia D. Venerabilis Magister *Ioachim Morlin Wittembergensis*, pastor in *Arnstadt Thuringie*. presidens fuit D. *Martinus Luther.* Et die 16. Septembris promotus est coram tota vniuersitate & insignitus doctoralibus. Promotor fuit<sup>1)</sup>:

Deditque danda Et prandium splendidum benevolenter.

Anno Domini 1542, Die Februarij Tertia sub Decanatu D. *Martini Lutheri* hactenus perpetuo Respondit pro licentia in sacra Theologia Venerabilis vir D. *Iohannes Maccabeus Scotus*, Bacularius Theologie formatus Coloniensis, presidens pariter & promotor fuit D. *Martinus Luther.* Sexta die sequente promotus coram tota Vniuersitate Insignitusque Doctoralibus. Deditque personalia mihi. Sed fisco per alios satisfecit, vocatus a Danorum *Christiano* pijssimo Rege ad Munus Ecclesiarum gubernandarum.

Anno eodem Septima Iulij respondit pro licentia in sacra Theologia Venerabilis Vir D. Magister *Henricus Lunenburgensis*. presidens fuit D. *Martinus Luther.* Undecima post Iulij promotus coram tota Vniuersitate insignitusque Doctoralibus. Deditque danda, & prandium de benevolentia sua addidit. Vocatus autem ab illustri principe D. *Henrico* Duce Megalopolensi *Rostochium* professor in ea schola Theologie.

Anno 1543 die februarij .16. sub Decano D. *Martino Lutherero* Respondit pro licentia in sacra Theologia Venerabilis vir Dominus Magister *Iohannes Marpach Lindoensis*. Vocatus pastor in Ecclesiam *Isni*. presidens fuit D. *Martinus Luther*, promotor D. *Iohannes pomeranus* pastor *Vittembergensis*. Sequente fer. 3. promotus coram tota Vniuersitate Insignitusque Doctoralibus. Deditque danda Et prandium magnificum.

---

1) Lutherus nomen praetermisit.

Eodem anno, Die Aprilis 24, sub decanatu D. *Martini Lutheri* Responderunt pro licentia in sacra Theologia Venerabiles Viri D. *Hieronymus Noppus*<sup>1)</sup> pastor *Regenspergensis* Ecclesie et M. *Fridricus Backofen Lipsensis* pastor Ecclesie *Hammelbergensis* in Buchonia. presidens fuit D. *Martinus Luther*. Sequentे feria 5<sup>ta</sup> s. 26. Aprilis promoti coram tota vniuersitate Insignitique Doctoralibus Dederuntque danda Et prandium magnificum. promotor fuit D. *Caspar Creuziger*.

Eodem anno 1543 die 24. Augusti Saneti Bartholomei respondit pro licentia in Sacra Theologia Venerabilis Vir M. *Erasmus Alberus* pastor in *Staden prope franckfort ad Moganum*. presidens fuit D. *Martinus Luther*. Undecima vero octobris Coram tota Vniuersitate promotus Doctoralibusque insignitus. promotor fuit D. *Ioh. pomeranus urbis Episcopus*. Deditque danda Et prandium magnificum.

Anno 1544 die 23 Maij Responderunt pro Licentia in Sacra Theologia Venerabiles viri D. *Theodorus Fabritius* Et D. *Stanislaus Lituanus Baccalaureus* formatus Theologiq Cracouensis. presidens fuit Doct. *Martinus Luther*. Et 29 Maij coram tota Vniuersitate promoti Doctoralibusque insigniti sunt. promotor fuit D. *Caspar Creutziger*, Dederuntque danda Et prandium liberale.

Anno 1544 Die 12. Decembris Responderunt pro Licentia in sacra Theologia Venerabiles Viri M. *Georgius Maior Nurnbergensis* Et Magister *Iohannes Faberius Monacensis*. presidens erat D. *Martinus Luther*. Et 18 Decembris coram tota Vniuersitate promoti Doctoralibusque insigniti sunt. promotor fuit D. *Iohannes Bugenhagius pomeranus Vrbis Episcopus*. Dederuntque danda Et prandium liberale.

Anno 1545. Dominica trinitatis, perpetuo Decanatu eiusdem D. *Martini Luther* receptus est D. *Georgius Maior* ad facultatem facta promissione debita.

Anno 1545 Die Iulij tertia, Respondit pro Licentia in sacra Theologia Venerabilis vir Magister *petrus Hegemon Francus*. presidens fuit D. *Martinus Luther*. Et die XVII

---

1) Lutherus nomen patriae praetermisit.

Septembris coram tota universitate Doctoribus ornamentis fuit insignitus. promotor fuit D. Georgius Maior, Deditque danda Et prandium magnificentum.

<sup>1)</sup> Anno 1546

Die 18 Februarij *Martinus Lutherus* Theologie Doctor, cuius ministerio Deus Euangeli puritatem restituit, ex hac mortali vita in oppido *Isleben*, in quo natus fuerat, decessit Anno aetatis suae sexagesimo tertio inchoato. Natus est n. anno 1483. die decimo Nouembris hora vndecima post meridiem, ut ex narratione honestissimae matris eius comperimus. Habuit Parentes honestos qui cum habitassent in oppido *Isleben*, postea migrarunt in oppidum *Mansfeld*. Patris facultates ex venis metallicis mediocres fuerunt. Ipse adolescens cum in Academia *Erfordiana* disseret initia philosophiae, et gradu magisterij philosophici ornatus esset, singulari quodam terrore motus, vitae monasticae se dedidit apud *Augustinianos*, ut doctrinam Ecclesiae studiosius cognosceret, et maiora haberet exercitia pietatis, quam in sodalicijs quae sibi plus sumunt licentiae. Postea factus est Lector & concionator in monasterio *Witebergensi*, & *Witebergae* ornatus gradu Doctorum, fuit Lector theologicus. Genus doctrinae ipsius et certamina ex eius libris, qui extant, cognosci possunt. *Islebianus* vocatus erat ad dirimendas comitum controversias, ubi morbo pie & placide ex hac vita decessit.

Anno 1546

Die Martii 12 Sub decanatu Reverendi Viri Doctoris *Casperis Crucigeri* respondit pro Licentia in sacra Theologia Venerabilis Vir M. *Maximilianus Maurus Wittembergensis*, quo tempore in colloquio Ratisbonensi *Petrus Maluenda Hispanus Sophisticus* et falsas ac contraria scriptis propheticis et Apostolicis propositiones de doctrina Iustificationis ediderat, Cuī contrarie et verae oppositae propositiones scriptae a Domino *Philippo Melanthone* & a M. *Maximiliano* in disputatione publica propositae & ab eo defensae sunt. Triduo uero post disputationem accepit ornamenta doctoralia. Promotor fuit Doctor *Casper Cruciger*, deditque danda et prandium liberale. Post tres Menses exarsit

1) Quae hic de Luthero narrantur, Melanchthon scripsit.

bellum inter Imperatorem *Carolum quintum* et *Iohannem Fridericum* Ducem et Electorem Saxonie etc.<sup>1)</sup>)

Anno 1548.

Die Nouembris 8 Sub decanatu Doctoris *Caspary Crucigeri* Respondit pro licentia in sacra Theologia Venerabilis Vir M. *Melchior Isinderus Suidnicensis*, Praeses disputationis fuit D. *Philippus Melanthon*, Ac triduo post ornatus est insignib. Doctoralibus, Promotor fuit D. *Georgius Maior*, deditque danda et prandium liberale. Eo anno Mense Iulio in comitijs Augustanis Reformatio Religionis, quam INTERIM vocarunt, publicata est, quae tanquam Eridos ponam magnas dissensiones in religione perperit.

Die Sedecimo Nouembris Anno 1548 mortuus est vir excellens ingenio, eruditione & virtute *Caspar Cruciger* Theologiae doctor. Post eius mortem vocatus est in Academiam Reuerendus vir *Johannes Forsterus Augustanus* Theologiae Doctor, qui adiunctus est collegio Doctorum Theologiae, Reuerendi viri D. *Johannis Bugenhagij Pomerani* Pastoris Ecclesiae nostrae, Decani, Et doctoris *Georgij Maioris* & *Philippi Melanthonis* suffragatione. Et ad Lectionem theologiam addita est ipsi Ebreae linguae präelectio<sup>2)</sup>).

Anno 1550

Die Iunij 19 sub decanatu Reuerendi D. Doctoris *Iohannis Bugenhagij Pomerani*, Pastoris Ecclesiae *Wittembergensis*, Respondit pro Licentia in sacra Theologia Venerabilis Vir M. *Johannes Aurifaber Vratislaviensis*, Praeses disputationis fuit D. *Philippus Melanthon*, Et deinde 26 eiusdem mensis idem ornatus est insignib. Doctoralibus, Promotor fuit D. *Georgius Maior*, deditque danda & prandium liberale.

Anno 1550.

Die Septembribus 19 sub decanatu Reuerendi D. Doctoris *Iohannis Bugenhagij Pomerani*, pastoris *Wittembergensis*, Re-

1) Melanchthon adscripsit: „Hunc honestum et eruditum virum Maximilium pastorem Ecclesiae dei in oppido Coburg, Reuerendus vir D. Martinus Lutherus iturus ad oppidum Islebiam censuit ad gradum Doctorum admittendum esse. sed ex eo itinere non redijt d. Lutherus.“ 2) Narrationem de Crucigeri morte Melanchthon scripsit.

spondit pro Licentia in sacra Theologia Nobilis Vir Dominus *Georgius Venetus Prutenus*, Praeses disputationis fuit D. *Philippus Melanthon*, et Deinde 2 Octobris idem publice ornatus est insignib. Doctoralibus, Promotor fuit D. *Georgius Maior*, deditque danda et prandium magnificum.

<sup>1)</sup> Anno 1553

Die Maij Quinto, cum esset Decanus collegij theologici Reuerendus vir D. Doctor *Iohannes Bugenhagen Pomeranus* disputauit Magister *Tilemanus Heshusius wesaliensis*. praeses fuit disputationis *Philippus Melanthon*. Deinde die Maij sedecimo huic *Tilemano* publice decretus est gradus Doctorum theologiae, renunciatio facta est per doctorem *Georgium Maiorem*. numerauit Academiae ea quae numerari constitutum est. oramus filium dei custodem Ecclesiae & dantem ei dona, Pastores et doctores, vt nos omnes doceat & regat, & faciat hunc doctorem *Tilemanum* organum salutare. Amen.

Anno 1553<sup>2)</sup>

*Albertus Marchio Brandenburgensis et Burggrauius Noribergensis, Casimiri Filius*, cum ex castris *Caroli Imp.* quae ad urbem Metensem fuerant, in patriam rediisset, bellum intulit vicinis Episcopis Bombergensi et Wirceburgensi & urbi Noribergae, mense Aprili Bombergam occupauit, et oppida et pagos Noribergensium incendit. Cum autem et vicinos sine iusta causa inuasisset, et minaretur alijs, coniunixerunt se ad eum reprimendum Rex *Ferdinandus*, *Mauricius Dux Saxoniae Elector*, *Henricus Dux Brunuicensis, Princeps Plaensis et Ciuitas Noriberga*. *Albertus* vero vt sibi adiungeret Saxonicas vrbes et Equites Saxonicos, quorum exercitus Duci Brunswicensi bellum intulerat, mense Iunio celeriter iter fecit in Saxoniam cum mille Equitibus et aliquot cohortibus peditum. Cumque in ditione *Henrici Brunswicensis* populari quedam loca cepisset, et exercitum haberet magnum et firmum, quatuor millia Saxoniorum Equitum optime armatorum et peditum octo millia, et minaretur se populaturum esse regionem Mysnicam, Dux *Mauricius Elector* occurrit ei tanta celeritate, ut nona die Iulij pugnatum sit non procul ab oppido *Bein* in vicinia urbis Hildesem. vtrinq: magna cedes facta est. Exercitus Marchionis dis-

1) Sequentia usque ad finem a. 1554. Melanchthon scripsit. 2) Seqq. Suevus ex libro nostro edidit l. c. plag. M. 3<sup>b</sup>.

sipatus et profligatus est, ipse Marchio *Albertus* fuga eusit ex hostium manibus. Victor Dux Saxonie *Mauricius*, quanquam vulneratus est, tamen superstes fuit post pugnam vsque ad diem vndecimam Iulij.. Eo die in Inuocatione filij dei et in confessioue pia mortuus est. Adiunxerat sibi Dux *Mauricius* Ducis *Henrici Brunsuicensis* exercitum, cuius *Henrici* duo filii *Carolus* et *Philippus* in ea pugna, quam commemorauit, praeliantes interfici sunt. Mortuus est et post pugnam, ictus globo Dux Luneburgensis *Fridericus*, Ducis *Ernesti* filius. *Albertus* Marchio pulsus fugit in vrbum *Hanoueram*, vbi rursus collegit exercitum.

Rex Angliae *Eduardus* adolescens in Regno suo mortuus est sexto die Iulij.

Mense Augusto Dux Saxonie *Augustus*, frater Ducis *Mauricij*, redijt in patriam ex Dania, quo initio aestatis cum coniuge profectus fuerat ad Regem sacerum. Reuersus totam ditionem quam frater Dux *Mauricius* tenuerat, sine tumultu occupauit.

Mense Septembri die duodecimo rursus dimicauit Marchio *Albertus* cum exercitu Ducis *Henrici Brunsuicensis*, et quanquam multi interfici sunt vtrinq:, tamen victor fuit Dux *Henricus*, et cum amisisset in eo prelio Marchio *Albertus* fortissimos Equites Saxonicos aliquot, qui ordines duxerant et vsu militari antecelluerant, alij multi eum deseruerunt. Ipse pulsus rursus *Hanoueram* fugit.

Interea Princeps Plaensis et exercitus Noribergensium occuparunt oppidum *Curiam*. sed reuersus Marchio mense octobri in patriam, recepit id oppidum. Mense Decembri secutus est Dux *Brunsuicensis* *Henricus* Marchionem *Albertum*. cum autem *Albertus* videret hostium copias firmiores esse, rursus ex patria discessit. Quare Princeps Plaensis oppidum *Curiam* rursus occupauit. Tot prelia et tam varias vices hae vicinae regiones in ditione Brunsuicensi et Variscis intra Semestre viderunt. Et tamen deus immensa bonitate Mysniam et nos texit, ne hostiles exercitus hoc anno ad nos accesserint. Id beneficium dei grati celebrare debemus, et precamur, vt deinceps nos protegat.

Anno 1554

Die Februarij sexto et vicesimo cum esset Decanus collegij theologici Reuerendus vir D. Doctor *Johannes Bugenhagius Pomeranus*, disputauit Magister *Henricus Sthenius Mundus*

*rus vocatus ad Ecclesiarum gubernationem in ditione Ducis Brun-  
nicensis Erici. Fuit autem praeses disputationis Philippus  
Melanthon. Deinde die Februarij tricesimo<sup>1)</sup> hinc Henrico  
Sthenio decretus est gradus Doctorum theologiae. Renunciatio  
facta est per Doctorem Georgium Maiorem. Numeravit Aca-  
demiae ea quae numerari constitutum est. Oramus autem filium  
dei, custodem Ecclesiae et dantem ei dona, pastores et doctores,  
vt nos omnes doceat et Regat, et faciat hunc Doctorem Henricum  
organum salutare. Amen.*

*Die Maij quinto cum esset decanus collegij theologici Rene-  
rendus vir Doctor Iohannes Bugenhagius Pomeranus disputa-  
uerunt Magister Georgius Aemylius Mansfeldensis vocatus ad  
gubernationem Ecclesiae Stolbergensis, et Simon Musculus vocatus  
ad gubernationem Ecclesiae vratislaviensis, & magister Petrus  
Praetorius Cottbusianus. Fuit autem praeses disputationis  
Philippus Melanthon. Deinde die Octavo Maij his tribas de-  
cretus est gradus Doctorum theologiae. Renunciatio facta est per  
Doctorem Iohannem Försterum Augustanum. Numerarunt  
Academiae ea quae numerari constitutum est. Oramus autem fi-  
lium dei, dominum nostrum Iesum Christum, erucifixum pro nobis  
et resuscitatum, custodem Ecclesiae et dantem ei dona pastores et  
doctores, ut nos omnes doceat et Regat, et faciat nos et hos docto-  
res organa salutaria Ecclesiae. Amen. Interfuerunt Renunciatio-  
ni Comes de Gorca Polanus,<sup>2)</sup> Comes de Reinstein,<sup>3)</sup> Dominus  
Iochimus a Molzan, Sebastianus a Walwicz preses saxo-  
nicae regionis Electoralis, Legatus comitum Stolbergensium Vir  
Nobilis a Ruxleben, Et omnes lectores et alij honesti hospites.  
Rector Academiae fuit Sebastianus Theodoricus Winshe-  
mensis, docens sphaericae doctrinae Initia<sup>4)</sup>.*

---

Anno Christi 1555 Reverendus Dominius IVSTVS IONAS  
Northusanus, S. Theologiae Doctor et professor in Academia Vuite-  
bergensi, Collegij Omnia Sanctorum Praepositus et Lutheri  
fidelis amicus, Deinde Ecclesiae Halensis Gubernator, Postremo

---

1) sic! 2) Illustris Dominus Stanislaus Comes in Gorca, Castel-  
lanus Brzestensis et Capitanus Buscensis. 3) Illustris dominus Cas-  
par Ulricus Comes a Reinstein et dominus in Blanckenburg. 4) Me-  
lauchthon haec hactenus scripsit.

pastor Ecclesiae Eisfeldensis, et parochiarum Francicarum circa Coburgum in ditione *Iohannis Ernesti Dueis Sax.* etc. Inspector, placide ex hac vita emigravit 9 die Octob. Anno aetatis suee LXIII.

---

Anno 1556

Die 18 Maij cum esset Decanus collegij Theologici Reuerendus Vir D. Doctor *Iohannes Bugenhagen Pomeranus*, pastor Ecclesiae Wittembergensis, Disputauit Magister *Paulus ab Eiczen*, vocatus ad gubernationem Ecclesiae Hamburgensis. Praeses disputationis fuit Reuerendus Vir Dominus *Philippus Melanthon*.

Deinde die 27 Maij decretus est huic *Paulo ab Eiczen* gradus Doctorum Theologiae, Renunciatio facta est per Doctorem *Georgium Maorem*. Numerauit Academiae, quae numerari visitatum est.

Oramus autem filium dei dominum nostrum Iesum Christum, caput et Custodem Ecclesiae, vt hunc Doctorem *Paulum* et nos omnes spiritu suo sancto regat et protegat, et organa salutaria Ecclesiae faciat.

Anno eodem die 29 Septembris, quo Ecclesia publice proponit doctrinam de Angelis et Deo gratias agit pro exenbijo piorum Angolorum, M. *Paulus Crellius Islebiensis* consensu gubernatorum Academiae vocatus ad munus docendi Evangelium in templo Arcis, publice ordinationis ritu a pastore huius Ecclesiae reverendo Domino D. *Iohanne Bugenhagio Pomerano* confirmatus est.  
1556.

---

Eodem anno 1556

Die tertio Nouembris sub eodem Decano Reuerendo Viro D. Doctore *Iohanne Bugenhagio Pomerano* Disputauit Magister *Cunradus Becker Brunschwicensis*. Praeses disputationis fuit Reuerendus Vir Dominus *Philippus Melanthon*.

Deinde 5 Nouembris eidem *Cunrado* testimonium et ornamenta Doctorum Theologiae tributa sunt. Renunciatio et promotio facta est per Doctorem *Georgium Maorem*. Numerauit numeranda Academiae.

Idem Doctor *Cunradus* receptus est in Collegium Theologicum 7 Nouembris eodem anno.

Anno 1556.

Die octauo Decembris in Christi inuocatione placide obdormiuit Reuerendus Vir *Johannes Forsterus Augustanus*, S. Theologiae Doctor. Ecclesiastes in templo Arcis et professor Ebraicae linguae, ad cuius faciliorem cognitionem egregium Lexicon multorum annorum labore et impendio conscriptum, Basileam excedendum ferme biennio ante mortem miserat, cuius vtilissimi operis serius editi nec conspectu exhilarari, nec fructum aliquem percipere viuus potuit, morte praeuentus ex Asthmatis violentia.

Anno eodem 19 Decembris, consentientibus suffragijs omnium gubernantium studia in Academia hac, professio Ebraeae linguae et munus concionandi in templo Omnitum Sanctorum, sicut eam prius Doctor *Forsterus* habuerat, commendata est M. *Paulo Ebero Kitthingensi*, Physices professori. Sed cum petitio confirmationis huius electionis dilata esset ad pascha vsque anni sequentis 1557, propterea quod exploranda erat M. *Esromi Rüdigeri Pabebärgensis* voluntas, qui Rectorem Scholae Cygneae agens, iudicabatur idoneus ad Lectionem Physicam: factum est, vt operas suas *Eberus* serius auspicaretur. Petita est autem Confirmatio ab Illustrissimo Duce Saxoniae AVGVSTO Electore hac epistola<sup>1)</sup>), quae hinc missa est 19 Aprilis 1557:

Gottes gnad durch seinen Eingebornen Son Jesum Christum vnsern Heiland vnnd warhaftigen Helffer, der Ihm gewisslich ein Ewige Kirchen im Menschlichen geschlecht durchs Euangelium samlet, zuvor, Durchleuchtigster, Hochgeborner, gnedigster Churf. vnnd Herr, E. C. F. G. berichten wir in vnterthenigkeit von den Lectionen, die in E. C. F. G. Vniuersitet zu Witeberg in diesem vergangen halben Jar ledig worden sind, das wir, wie sich geburt, tüchtige Personen anzuseigen (:davon doch E. C. F. G. zu gut vnnd erhaltung nötiger Künsten, auch anderer Radt haben mögen, vnnd als denn selb schliessen.) Erstlich zur Lection vnnd besoldung Doctoris Forsteri, der nach Doctor Caspar Crucigern in Theologia vnnd Lingua Ebrea gelesen hat, vnnd in der Schloskirchen Mittwochs vnnd Sonntags Prediger gewesen, ernennet haben Magistrum Paulum Eberum, der nu lenger dann Zwentzig Jar in dieser Vniuersitet gewesen, vns allen, auch in vielen Landen bekandt ist, vnnd ist Gottfurchtig, gelart vnnd verstandig, vnnd ist in sachen, die in der Religion furfallen, durch Gottes gnaden Christlicher Radt bey Ihm zu finden, vnnd

---

1) Si quid video, Melanchthon hanc epistolam exaravit.

so wir gleich weitt ein Person suchen wolden, wissen wir keine tüchtigere zur Theologica Facultet zu finden.

An Magistrj Paulj Eberj Lection vnd besoldung, wie ehr sie bissanher gehabt, haben wir ernennet Magister Esrom<sup>1)</sup>, den Schulmeister zu Zwickaw, des Hochgelarten Herrn Joachimj Camerarij Eyden, der in Lateynischer vnnd Grekischer sprach sehr wogelart ist, vnnd schreibet rein Latein, das ehr in der Vniuersitet ein Authoritet haben kann.

An Magistrj Antonij Waltherj Lection vnnd besoldung ist ernennet Petrus Vincentius, der zu Lübeck Rector Scholae gewesen ist, vnnd hat nützlich da gedienet, prediget itzunder in der Schlosskirchen, vnd ist Magister in diser Vniuersitet worden, hat viel schoener Schriften lassen ausgehen vnnd kann bey der Jugendlt ein Authoritet haben vnnd nützlich dienen.

Vnnd nachdem sehr nützlich ist, das die Grammatica in Lingua Ebrea stettiges repetirt werde, haben wir bedacht, das des Ernwirdigen Herrn Pastors zu Witeberg Son Magistro Iohannj Bugenhagen dieselbe Repetition in Lingua Ebrea sollte befolhen werden mit den viertzig fl., die dem Catecheten sunst verordnet gewesen vnd noch ledig sind. Dieses alles ist von vns vntherdeniglich vnnd treulich bedacht, doch also, das bey E.C.F.G. stehet, dieses alles weiter zu bedencken vnnd hernach zu schliessen. So sind diese drey Menner Eberus, Esrom vnnd Vincentius Ehrliche Menner die in Christlicher Confession reis sind, vnnd konnen der Vniuersitet in vielen Landen ein Authoritet machen, daran viel gelegen, wie E. C. F. G. sehen, das dennoch entlich die schweren fragen zu den Vniuersiteten gewisen werden. Darumb bitten wir in vnterthenigkeit, E. C. F. G. wollen diese vnterthenige anzeigung gnediglich annemen, vnnd was E. C. F. G. gnediglich bedenken vnd verordnen werden, davon gnediglich bevelh thun, vnnd diese Vniuersitet zu gut der Christenheit erhalten. Vnd bitten den Almechtigen Son Gottes Jesum Christum, der Gaben gibt seiner Kirchen rechte Lehr an allen orten zu seinem lob regiren, derselbige warhaftige Gottes Son Jesus Christus wolle auch E. C. F. G. vnd E. C. F. G. Gemahel vnnd Junge Herrschafft an Seel vnnd Leib stercken, vnnd diesen Landen selige Regierung geben. Dat. vff den Montag nach dem heiligen Ostertage Anno 1557.

E. C. F. G.

vnterthenige Diener  
Rector, Magistri vnnd Doctores  
der Vniuersitet zu Witeberg.

Allata est hoc Responsio Electoris *Augusti* ultima Aprilis,  
cuius haec sunt verba:

Vnsern grus zuoor Wirdige vnd hochgelarte liebe Andechtigen vnnd getrewen. Wir haben Euer schreiben vnnd bericht belangende

1) Esrom Rüdiger.

die Lectiones so in vnser Vniuersitüt zu Witeberg dis vorgangen halbe Jar ledig worden sein, hören vorlesen vnnd ferners Inhalts vernommen. Vnnd weil ihr dann Erstlich zur Lection vnnd besoldung Doctoris Forsteri, der in Theologia vnnd Lingua Ebrea gelesen hat, vnnd in der Schloskirchen Mittwochs vnd Sonntags Prediger gewesen, erhebt habt Magistrum Paulum Eberum, An desselben Lection vnnd besoldung aber, wie ehr die bisanher gehabt, Magister Esrom den Schulmeister zu Zwickaw, vnd dann ferner an Magistri Antonij Waltherj Lection vnd besoldunge Magistrum Petrum Vincentium, Vnnd letztlich bedacht, das die Repetition der Grammatica in Lingua Ebrea des Wirdigen vnsers lieben andechtigen Herrn Johann Bugenhagens Pfarrherras vnd Superintendens zu Witeberg Son Magistro Johanni Bugenhagen sollte bevohlen werden mit den vierzig gulden, die dem Catecheten sonst verordnet gewesen vnd noch ledig seindt, Solche Personen auch zu solchen Lectionen vnd anderm geschickt vnd tüchtig achtet, So lassen wir vns solche alles also gnediglich vnd wolgefallen, Than auch die angegebenen Personen zu solchen verledigten Lectionen Eurem bedenken vnd bitten nach hiemit bestetigen, vnd ist vnser gnedigst begern, Ihr wollet sie furderlich zu solchen vacirenden Lectionen vnd anderm, wie es durch Euch bedacht, verordnen, Einem Jedem auch seines vorsarn gehabte besoldunge reichen lassen, Auch daran sein, das Ihr Jeder seinem geburen den Amt mit getrewem vleisse nachkomme vnd nichts erwider lasse, so zur erbawung der Kirchen vnd vnderweisunge der Jugendt in Christlichen vnd nutzlichen Künsten und Lehren dienlichen.

Nachdeme Ihr vns auch hiebvor Doctor Creutzigers seligen Son zu einer Lection in Facultate artium zu bestetigen presentirt habt, Als thun Wir denselben hiemit zu solcher Lection auch bestetigen. Daran beschicht vnsera gefällige meinunge, vnd seint Euch mit guaden geneiget. Dat. Dresden den 26. Aprilis Anno etc. Lvij:<sup>ten</sup>

Augustus Churfürst.

*Auspiciatus est autem Lectionem Ebream M. Paulus Eberus 21 Iunij exorsus a Grammatica expositione Ebraici textus Esiae Prophetae.*

Sed concionandi munus ne inciperet, impeditus est mandata sibi profectione ad Colloquium Wormaciense.

<sup>1)</sup> Nam cum Anne superiore in Comitijs Imperialibus Ratisponae celebratis suffragijs omnium statuum Imperij decretum esset, vt a Pontificijs, qui se Catholicos nominabant, et reliquis Imperij Principibus ac Statibus, qui Augustanam Confessionem amplexi sunt, mitterentur electi Theologi, qui tentandae concordiae causa de controuersis articulis placida collocutione conferrent, eique col-

---

1) cf. Suevus l. c. plag. O.

loquio destinatus esset locus vrbis Vangionum Berbetomagus, nunc dicta *Wormatia*, tempus vero mensis Augustus Anni 1557: Mandato Electoris *Augusti* missi sunt ex hac Academia cum Generoso Domino *Ludouico* Comite a *Neugard* etc. et Domino Doctore *Georgio Cracovi*, politici Consiliarijs, Reuerendus Dominus *Philippus Melanthon* electus colloctor et M. *Paulus Eberus* destinatus ad scribae seu Notarij officium, qui hinc egressi 14 die Augusti Wormaciā venerunt die Augustini, 28 Augusti, ibique commorati XV. Septimanas, in toto itinere consumptis 19. Sep.: reuersi sunt Vuitebergam 23 die Decembris. Quam pudendum autem exitum habuerit illud bene inchoatum colloquium, et per quos ac quo praetextu disturbatum sit, alibi expositum est.

1558

Anno Domini M. D. LVIII. die VI. Ianuarij, quo celebratur festum dietum ἐπιφάναια, a Reuerendo Domino Pastore Doctore *Johanne Bugenhagio Pomerano* publice in Ecclesia ad ministerium verbi ritu impositionis manuum confirmati sunt M. *Jacobus Lechnerus* Austriacus, Collegij profitentium Artes Philosophiae tunc Decanus, M. *Nicolaus Selneccer Norimbergensis* et M. *Paulus Eberus*, qui primam suam concionem habuit in templo Arcis die Dominica sequente festum Epiphaniorum 9. Ianuarij, de Baptismo Christi.

<sup>1)</sup> Anno eodem 1558 die Aprilis 20, Reuerendus Dominus Doctor *Johannes Bugenhagius Pomeranus*, *Lutheri* fidus σύνεργος, pastor Ecclesiae Vuitebergensis, cui constanter praeftuit annos 35 et puram Euangelij doctrinam late propagauit, et Ecclesias ac Scholas pie constituit in Pomerania, Saxonia et Dania, vbi etiam piam Principem ac Dominum, Dominum *Christianum* Ducem Holsaciae, *Friderici* Regis Daniae filium, in Regem Danorum vnxit, et multis utilibus scriptis doctrinam coelestem illustrauit, et tres amplos Episcopatus in Dania et Pomerania ultra sibi oblatos maluit repudiare, quam ab hac Ecclesia et consuetudine *Lutheri* et *Philippi* auelli, placido mortis genere ex hac aerumnosa vita in coelestem Academiam euocatus est, anno aetatis sueae tertio et septuagesimo, sepultus postridie cum magno luctu Ecclesiae totius in templo parochiali iuxta sedem pastoralem.

Anno eodem 27 die Iulij consentientibus suffragijs Gubernato-

1) cf. Suevus l. c. plag. O 2. seqq.

torum Academiae et Ciuitatis Vuitebergensis in Sacrario templi Parochialis electus est et legitimate vocatus ad munus Pastoris Ecclesiae Vuitebergensis in locum defuncti Domini Doctoris *Johannis Bugenhagij Pom: M. Paulus Eberus Kitthingensis* Ecclesiastes in templo Arcis et professor Ebreae linguae, quae vocatio indicata est Illustrissimo Duci Saxo. AVGVSTOElectori etc: et petita a Celsitudine ipsius confirmatio hoc scripto<sup>1)</sup>:

Gottes gnad durch seinen Eingebornen Son Jhesum Christum, vnsern Heiland vnd warhaftigen helffer, zuvor, Durchleuchtigster, Hochgeborner Churfurst,gnedigster Herr, So der Allmechtige Gott den Ernwirdigen Herrn Doctor Johann Bugenhagen, vnser Kirchen Pastor, lenger bey vns gelassen hett, vnnd hett yhm leibs sterck zum Ampt geben, dieses hetten wir fur ein besondere gnad geacht, erkennen vns auch zu danckbarkeit gegen Gott schuldig, das ehr vns solchen trewen Pastor 36 Jar geben hat, der In sterben vnnd krieg nicht von vns gewichen ist, vnnd hat dise Kirchen one stoltz in Christlicher eintrechtingkeit alle Zeit regirt. Nachdem yhn nu Gott aus disem Ampt vnnd schwachen leben In Ewige seligkeit erfordert, vnnd wir wissen, das gewisslich rechte Predicanten Gottes gaben sind, doch durch gebuerten beruff, sind wir, laut der Visitation beuelh, die Vniuersitet vnnd Radt zusammen kommen vnnd haben eintrechtinglich zum Pastor der Kirchen zu Witeberg den Wirdigen Herrn Magistrum Paulum Eberum beruffen vnd nominirt, yhnen nach seiner bewilligung E. C. F. G. vntertheniglich anzuziegen, vnd sind aller vnser stimmen one alles practicirn Eintrechting gewesen, das keine andere Persona von Jemand nominirt ist, Denn wir alle wissen, das Ehr gottforchtig ist vnnd einen rechten verstand hat Christlicher lehr, vnnd ist alle Zeit in gemeiner Confession der Kirchen diser Land geblieben, ist verstendig vnnd fridliebend. Wiewol nu gedachter M. Paulus Eberus sich entschuldiget vnnd vil vrsachen furgewant von der grossen last dises Ampts, hat daruber seins leibs schwacheit angezogen, die wir alle wissen, vnnd wir gern sein verschonet hetten, so haben wir doch kein andere Person nach gelegenheit diser Zeit Ihm furzuzihen bedencken konnen,haben also guter Christlicher meinung aus keinem priuat affect angehalden vnnd gebeten, das ehr bewilligen wolt. Nach disen reden hat ehr vff E. C. F. G. gnedigst bedencken, schliessen vnnd Confirmation demütiglich gewilliget. Dises alles berichten wir E. C. F. G. in vnterthenigkeit vnd bitten E. C. F. G. Gott zu ehren, sie wollen gnediglich vnnd väterlich dise wichtige sache erwegen, vnnd so E. C. F. G. vff gedachten Paulum Eberum schliessen werden, wollen sie disen beruff vnd Election gnediglich Confirmirn, Vnnd wie E. C. F. G. schliessen werden, also wollén wir vns in vnterthenigkeit gehorsamlich halden, vnnd bitten den Allmechtigen Son Gottes Jhesum Chri-

---

1) Et has literas Melanchthon exarasse videtur.

stum, der zur rechten hand seines Ewigen Vaters sitzet, Ein Ewige Kirchen zu samlen vnnd derselbigen gaben zu geben Pastores vnnd Doctores, Ehr wolle gnediglich Ihm in disen Landen alle Zeit ein Ewige Kirchen samlen, Herrschaft vnd Land bewaren vnnd vns selige Prediger geben, Wolle auch E. C. F. G. vnd E. C. F. G. gemahel vnnd - Junge Herrschaft an Seel vnd Leib stercken vnnd zu gut der Christenheit in fridlicher regirung lang erhalde. Dat. 15 Augusti 1558.

E. C. F. G.

vnterthenige diener

Vniuersitet vnd Radt zu Witeberg.

DEM Durchleuchtigsten, Hochgeborenen Fursten vnnd herrn, herrn Augusto Herzogen zu Sachsen, des heiligen Römischen Reichs Ertzmarschall vnnd Churfursten, Landgrauen In Turingen, Marggrauen zu Meissen vnnd Burggrauen zu Meideburg, vnserm gnedigsten herren.

Huic petitioni Academiae et Ciuitatis illustrissimus Elector assensit, ratam habens et confirmans electionem noui pastoris hoc rescripto:

Wirdigen vnnd Hochgelarte Lieben getrewen, Wir haben Euer schreiben, darinn Ihr vns zu erkennen gegeben, das Ihr nach Christlichen abgang weiland des Wirdigen hochgelarten herrn Doctor Iohann Bugenhagen Eures gelibten Pastors seliger gedechnis den auch Wirdigen Herren Magisfrum Paulum Eberum widerumb an seine stadt zu einem Pastorn Eurer Kirchen zu Witeberg eintrechtinglich nominirt vnnd beruffen, vnnd schliesslich gebeten, disen beruff vnnd Election gnediglich zu bestettigen. verlesen. Vnnd dieweil solche beruffung vnnd Wahl ordentlicher Weise geschehen, vnnd one Zwispilt der Stimmen einhellig auff gemelten Herrn Paulum Eberum gefallen, Ihr Ihme auch seiner Lehr, verstands vnnd bestendigkeit halben gut zeugnis gebet, wie vns denn seine geschicklikeit vnnd fromkeit hiebe vorn auch gerumbt, vnnd wir dieselbige in der nechst gehaltenen Visitation des Churkreiss also befunden, So achten wir, diselbig sey aus sonderlicher Göttlicher versehung also ergangen, Derhalbenn wir auch dieselbig vmb so vil desto mehr belieben vnnd vns wolgefalen lassen, vnnd wollen Ihnen daruff zu Euern Pastor vnnd Pfarrherrn der Kirchen zu Witeberg hiérmit gnedigst Confirmirt vnnd bestetigt haben. Der Allmechtige Gott vnnd himliche Vater wolle durch seinenn gleich Ewigen Son Jesum Christum, vnsern lieben Heiland vnnd treuen Erlöser, seinen heiligen Geist vnnd segen hierzu verleihen, das Ehr der Gemeinen Gottes mit reiner Christlicher Lehr vnnd heiligem Wandel treulich, recht vnd lang moge vorstehen vnnd viel frucht schaffen. Nachdem aber nu die Lection, so ehr bisshero in Vnser Vniuersitet gehabt, dessgleichen das PredigAmt in vnsrer Schlosskirchen bey Euch verledigt vnnd vaciren werden, So begern wir gnedigst, Ihr von der Vniuersitet wollet darauff bedacht sein, wie solche stellen durch

tuchtige, fronme vnd gelerte Personen wiederumb mogem ersetzt werden, Euch auch in solcher verordnung vnd bestellung keine affection furen noch bewegen lassen, sondern darinnen allein Gottes Ehr vnd der Zuhörer nutz bedencken. An dem volbringet Ihr vnsern gefelligen willen, Vnnd haben es Euch, den Wir mit gnaden geneigt, auff Euer schreiben nicht bergen mögen. Dat. Schwartzenburg den 25 Augusti Anno 1558.

Augustus Churfurst ic.

Denn Wirdigen vnd Hochgelarten vnsern lieben getreuen Recto-  
rj, Magistern vnd Doctoren vnser Vniuersitet vnd dem Radt zu  
Witeberg.

Accepta igitur hac responsione Illustrissimi Electoris Saxoniae *Augusti* etc. die 4 Septembris, quae erat Dominica XIII. Trinitatis, post concessionem D. Georgij Maioris, in qua fuerat explicata narratio de Samaritano benefico erga spoliatum et sauciatum ad Iericho, publice ad aram a M. Sebastiano Fröschelio Diacono coram Ecclesia renunciatus est Pastor M. Paulus Eberus et commendatus precibus Ecclesiae oratiuncula praescripta a Domino *Philippo Melanthone*, quam ipsam quoque exempli causa ad verbum hoc apponere visum est:

Lieben Freund, mir ist beuolhen von den Ernwirdigen Herrn der Vniuersitet vnd von dem Erbarn Radt diser Stadt, das Ich Euch dise anzeigung thun soll, die wollet vleissig anhören vnd ernach gedachten, vnd euch dadurch zum gebet fur vnd fur vermanen vnd erwecken.

Vnnd Erstlich wisset Ihr, das gewisslich war ist, das nicht durch menschlichen radt, krafft oder macht, sondern von dem Son Gottes Jesu Christo ein Ewige Kirche fur vnd fur durchs Euangelium versamlet wird, wie ehr spricht: Ich bin die Reben, vnd Ihr seit die Zweig, der auch neben dem Ewigen Vater sitzet vnd regirt, vnd gibt selige Prediger, durch welche ehr selv gewisslich krefftig ist vnd vil Selen bekert vnd zu Ewiger Seligkeit bringet, Diese grosse Wolthat sollen wir erkennen vnd dafur danckenn.

Vnnd nachdem Ehr vns reine Christliche Lehr gnediglich über viertzig Jar geben hat vnd noch gibt, vnd hat vns einen trewen Pastor Doctor Iohann Bugenhagen Pomern geben, dancken wir dem Allmechtigen Son Gottes fur alle diese wolthaten, vnd bitten Ihn, Ehr wolle fürorhin alle Zeit vnter uns Ihm ein Ewige Kirchen samlen, Trewe Prediger vnd reine lehr bey uns erhalten, Amen.

Vnnd wiewol wir, so es Gottes will gewesen were, gern den gedachten Herrn Pastor Doctor Iohan Bugenhagen Pommern lenger gehabt hetten, Dieweil ihn aber Gott aus disem schwachen leben in Ewige seligkeit genommen, so mussen wir Gottes willen gehorsam sein.

Vnnd nachdem Gott beuohlen, das die Kirchen treulich vnnd mit hertzlicher anruffung zu Jeder Zeit in solchen fellen andere personen erwehlen sollen, wie S. Paulus zu Tito spricht: Du solt Prediger ordnen x, vnnd solchs von anfang in Christlicher Kirchen also gehalden ist, ist durch Gottes gnaden eintrechtinglich, one alle vngeburliche affect zum Pastor diser Kirchen zu Witeberg durch die Vniuersitet vnnd den Erbarn Radt sempftlich, welchen die wahl von wegen gantzer Kirchen beuohlen ist, ernennet vnd erwehlet der Ernwirdige Magister Paulus Eberus, der euch allen bekannt ist.

Diese wahl ist auch hernach durch den Durchleuchtigsten, Hochgeborenen Fursten vnd Herrn, Herrn Augusten Hertzogen zu Sachsen Churfursten &c., vnsern gnedigsten Herrn, bestetiget. Denn sein Ch. F. G., die Vniuersitet vnnd ein Erbar Radt wissen, das gedachter Magister Paulus Eberus ein gottfurchtiger Christlicher Mann ist, hat rechten verstandt Christlicher reiner Lehr, So wisset Ihr alle, das seine sitten vnnd leben vnstrefflich sind.

Damit Ihr nu wisset, wer furohin' diser kirchen Pastor sein soll, ist mir beuohlen dieses alles euch offentlich anzuseigen, welchs Ich Euch hiemit also offentlich verkundige, vnnd vermane euch alle:

Erstlich, das Ihr ernstlich Gott vmb seines Sons willen Jesu Christi anruffen wollet, das ehr gnediglich fur vnnd fur Ihm alhie vnter vns ein Ewige Kirchen samlen wölle, vnnd wölle disen Pastor Paulum Eberum vnnd alle andere Predicanten mit seinem heiligen Geist regirn vnnd durch Ihren dienst krefftiglich wircken vnnd die zuhörer zu rechter erkentnis des Herrn Christi vnnd zur seligkeit bekeren, alles zu seiner vnnd des Herrn Christi ehren vnnd zur seligkeit vieler Menschen.

Zum Andern will Ich euch alle, glidmass dieser Kirchen, erinnert haben, das Ihr disen Herrn Paulum Eberum als Pastorn diser Kirchen zu Witeberg erkennen solt, vnnd sollt Ihm nach Gottes beuehl in sachen, welche das Amt betreffen, gehorsam sein, wie geschrieben ist: Wer euch hört, der hört mich, vnd wer euch veracht, der veracht mich. Vand wöllet alle sempftlich vnnd sonderlich trewlich einigkeit dieser Kirchen vnd aller andern Kirchen der Christlichen Confession helfsen erhalden Gott zu Ehren, vnnd zu erhaldung vieler Christlichen Kirchen, vnd zu vieler menschen seligkeit, welchs alles der Allmechtige Gott, Vater vnsers Heilands Jesu Christi, gnediglich in vas wircken wölle, wie der Herr Christus gebeten, das Ehr dieses wircken wölle, das wir alle in Ihm eins sind.

Daruff sprech mir alle nach:

Allmechtiger, warhaftiger Gott, Ewiger Vater des Herrn Jesu Christi, der du sampt deinem Son Jesu Christo vnnd deinem heiligen Geist die menschlich natur vnnd alle Creaturn erschaffen hast vnd samlest dir aus grosser Barmherzigkeit vmb deines Sons willen durch das Euangelium ein Ewige Kirche, Wir danken dir fur alle gnaden, vnnd bitten dich, du woltest gnediglich vna alle vnsere sund vergeben

vnd vns gerecht machen vmb deines Sons Jesu Christi willen, vnd durch Ihn, welcher fur vns gestorben ist, vnd ist widervmb vfferstanden, vns Ewiges leben zu geben, vnd wollest vns regirn mit deinem Heiligen Geist zum Ewigen leben. Wöllest auch diesen Paulum Eberum vnd alle Prediger diser Kirchen gnediglich lehren vnd regirn, vnd durch Ihren dienst dir alle Zeit fur vnd fur ein Ewige Kirchen vnter vns samlen, das wir dir frölich in Ewigkeit dancken, vnd das du in Ewigkeit alles in vns seiest, alles zu deiner Ehre, vnd wöllest alle Irrthum vnd Ergernis abwenden. Wöllest auch disen Landen vnd diser Stadt selige regiment geben, wie gewisslich war ist, das selige Regiment in Kirchen vnd weltlichem Stand deine gaben sind, wie geschrieben ist: One Mich konnt Ihr nichts wirken. Item So der Herr die Stadt nicht bewaret, wachet der Hüter vergebens. Dises vnser Gebet vnd vnser seuffzen wollestu erhören vmb deines Sons Jesu Christi willen. Amen.

Singet mit Andacht das Vater vnser.

Anno 1558 *Carolo V. resignante Imperium Electoribus per Legatos et abdente se in Monasterium in Hispania Electus est Francofordiae ad Imperij gubernationem frater Caroli Ferdinandus, Romanorum Vngariae et Boemiae Rex.*

Eodem anno die Matthaei, hoc est 21. Septembris obijt *Carolus V. in Hispania; cum duabus Sororibus breui interuallo subsecutis, Leonora Francisci I. Regis Galliarum, et Maria, Ludouici Regis Vngariae vidua.*

Anno M. D. LIX. cum hoc venisset Stetinio cum literis ad *Collegium Theologicum M. Iohannes Kogelerus Quedelburgensis*, petens se promoueri in Doctorem Theologiae Calendis Octobris, hortatu et autoritate Domini *Philippi Melanthonis* et collegarum impulsus est Magister *Paulus Eberus* pastor Ecclesiae, vt in petitione gradus se M. Kogelero adiungeret, quibus duobus accesserunt postea M. *Paulus Crellius Islebiensis*, gener Domini Doctoris *Georgij Maioris*, socii autoritatem secutus, et M. *Cymbrius Erasmus Laetus Danus*.

Hi quatuor XXVIII. Nouembris, quae erat dies Martis post Catharinae, pro Licentia, vt vocatur, in Theologia consequenda, responderunt in publica disputatione, cui praefuit Dominus *Philippus Melanthon*.

Eodem anno 1559 die 7. Decembris, a Decano Reuerendo Domino Doctore *Georgio Maiore*, insignia et gradum Doctorum in Theologia acceperunt publice.

M. *Paulus Eberus Kitthingensis* huius Ecclesiae Pastor:

M. *Iohannes Kogelerus Quedelnburgensis* Ecclesiastes  
in Stetinensi Ciuitate:

M. *Cymb. Erasmus Laetus Danus* professor in Academia  
Hafniensi:

M. *Paulus Crellius Islebiensis*, quos more visitato sua  
commendatione adduxit ad Decanum Theologiae et promotorem  
DD. *Georgium Maiorem Dominus Philippus Melanthon*,  
quinto mense ante suum obitum, quorum duo D. *Kogelerus* et D.  
*Erasmus Laetus* soluerunt ea omnia, quae iuxta statuta nume-  
rari fisco et alijs solent. Sed Pastori et Doctori *Paulo Crellio*  
donata est pecunia, quae fisco pendi debuerat. Omnes autem qua-  
tuor in domo parochiali libera voluntate praebuerunt laute instru-  
ctum prandium, cui adfuerunt praeter omnes omnium facultatum  
professores et Ciuitatis Magistratus et Senatores, et praeter Co-  
mites ac Barones, qui studiorum causa hic tunc versabantur, etiam  
peregrini celeberrimi nominis Viri, Doctor *Iohannes Naevius*  
Archiatrus et M. *Ambrosius Clauiger* concionator Aulicus, mis-  
si ab Illustrissimo Duce Saxo: AVGVSTO Electore etc. et *Fride-  
ricus a Schurstet* consiliarius missus a Reuerendiss. et Illustriss.  
Domino SIGISMVNDO Archiepiscopo Magdeburgensi, Marchione  
Brandenburgensi etc., et ex Lipsensi Academia DD. *Iohannes  
Pfeffingerus*, Dominus *Ioachimus Camerarius*, Doctor  
*Franciscus Cramius*, M. *Iohannes Humelius* etc., Doctor  
*Theodorus Fabricius Seruestensis Ecclesiae episcopus*, et alii  
multi vicinarum Ecclesiarum Inspectores et pastores. L. D.

Anno Christi M. D. LX. secunda die Martij, quae erat vigilia  
Dominicae Inuocavit, post vespertinam concionem in Sacrario tem-  
pli Parochialis petentes a Decano Domino D. *Georgio Maiore*  
et Domino *Philippo Melanthone* (post 48 dies mortuo) cooptati  
sunt in Collegium Theologicum:

Doctor *Paulus Eberus* pastor, et

Doctor *Paulus Crellius*.

Eadem hora et loco eodem Doctissimus vir M. *Dauid Voyt*  
professor in Academia Regij Montis Borussiae, literas exhibuit Il-  
lustrissimi Principis *Alberti Ducis Borussiae*, Marchionis Brande-  
burgensis, quibus petebatur a Decano Theologiae et collegis, vt  
ipsum ad disputationem publicam admitterent, et probatum deinde  
Gradu Doctorum Theologiae ornarent M. *Dauidem Voyt*.

D

Decano igitur Reuerendo Domino Doctore *Georgio Maiore* XV, die mensis Martij, quae erat feria sexta post Dominicam Reminiscere pro Licentia respondit in publica disputatione M. *David Voyt Turingus*, praesidente Domino *Philippo Melanthone*, V. hebdomadibus ante obitum suum.

Die 19 Martij, quae erat dies Martis post Dominicam Oculi in templo Arcis solenni ritu publice renuntiatus est Doctor Theologiae M. *David Voyt* a D. *Pauo Ebero* pastore, Decano Reuerendo D. Doctore *Georgio Maiore* Licentiam, ut vocant, tribuente Promotori loco Cancellarij Academiae. Soluit autem Doctor *David* ea omnia, quae vsitate numerari solent, et libera voluntate prandium invitatis praebuit lautum in domo viduae *Georgij Grunerij* Quaestoris.

Initio anni Sexagesimi, hoc est, die Ianuarij 24. literis Illusterrissimi Principis Ducis Saxoniae AVGVSTI Electoris etc. vocatus et confirmatus est Reuerendus Dominus Doctor *Paulus Crellius* ad Lectionem Theologicam tunc vacantem, quam prius habuerat Reuerendus Dominus Doctor *Iustus Jonas*. Iussus autem D. *Crellius* duas horas tribuere Lectioni singulis Septimanis, et praeterea conciones habere in Arcis templo diebus Dominicis, et diebus Mercurij, et exordiri ab explicatione locorum communium Domini *Philippi*: auspicatus est eius libri narrationem XII. die Martij Anni 1560. viuente adhuc *Philippo*, et XXXVIII. dies tantum superstite. Eas quoque literas Electoris visum est ad verbum hic inserere:

Vnsera Grus zuvor Wirdige vnd Hochgelarte Liebe andechtige vnnd getrewe, Nachdem wir bericht empfangen, Das sich etzliche Lectiones in Vnser Vniuersitet zu Witeberg verlediget haben, vnnd die nootturst sein will, das dieselbigen widerumb mit geschickten, gelerten, gottfurchtigen vnd fridsamen personen bestelt werden, Als haben wir nach gehabtem Rathe vnaud bedencken nachvoerlende vnsere auch Liebe andechtige vnnd getrewe zu solchen vacirenden Lectionen bestetiget, Nemlich Doctor Paulum Crelln zu der Lection Theologiae, vnaud das ehr daneben wöchentlich Mitwochs vnaud Suntags in vnsrer Schloss Kirchen predigen soll, Von deme allem Ihme dan Jerlich, die dreissig gulden mit eingerechnet, so ehr von einem Geistlichen Lehen in erwenter vnsrer Schloss Kirchen hat, Einhundert vnaud Achtzig gulden gereicht werden sollen. Magistrum Hehricum Möller zu der Lection Hebrea vnd das ehr daneben mit in der Heiligen Schrift lesen soll, von deme allem Ihme dann Einhundert vnaud Fünfzig gulden Jerlich sollen gegeben werden. Dergleichen soll Magister Johann Bugenhagen neben seiner itzigen habenden Lection die

ander Predigt in vnser Schloss Kirchen versorgen, Dagegen Ihme dann Jerlich in alles Einhundert vnd zwentig gulden gereicht werden sollen. Ferner haben wir Doctor Caspar Peucern zu Doctoris Miličij gehabten Lection, Magister Sebastianum<sup>1)</sup> zu der Lection in der Mathematica, so Peucer bissanher gehabt, M. Mattheum Blochingerum zu der Sphaerica Lection, vnd dann Letzlichen Eusebium Moenium zu gemelten Blochingers gehabten Lection verordnet. Vnd begeren darauff gnediglich, Ihr wollet gemelte personen zu solchen vnterschidlichen Lectionen vnd andern, wie obstehet, anweisen, vnd Ihnen darauff die besoldungen auff die geordneten Fristen reichen lassen. Daneben auch daran sein, das Ihr Jeder seinem geburenden Amt mit getreweni vleisse nachkomme vnd nichts erwinden lassen, so zur erbawung der Kirchen vnd vnterweisunge der Jugend in Christlichen vnd nutzlichen Kunsten vnd lehren dienstlich. Darann beschihet unsere gefellige meinung. Datum Dresden den 24 Januarij Anno x. 60.

Augustus Churfurst x.

<sup>2)</sup> Eodem anno M. D. LX. die XIX. Aprilis, quae erat feria sexta post Pascha, Reuerendus et clarissimus vir, omni omnium praeconio et laude maior, et de studijs vniuersitatis, Ecclesia et hac Academia, et plurimis sigillatim optime meritus PHILIPPVS MELANTHON post septimum paroxysnum tertianae febris, obdormienti quam morienti similior, circa horam vespertinam septimam obiens, sanctam animam CHRISTO redemptori suo commendauit, luctum ineffabilem toti coetui Docentium et dissentium et Ciuium post se relinquens, cuius exuviae die Dominica sequenti, quae in Albis nominatur, vulgo Quasimodogeniti, delatae primum in templum Parochiale; et inde post funebrem concionem habitam a pastore D. Paulo Ebero, in arcis templum perlatae terrae mandatae sunt, non procul a Lutheri sepulchro.

Anno M. D. LXI. die X. mensis Aprilis ab Illustrissimo Duce Saxoniae Augusto Electore etc: hic missae sunt literae, quibus M. Casparo Crucigero, Reuerendi Domini Doctoris Caspari filio, demandata est Lectio Philippi Theologica, idemque iussus est, vt cum maiore autoritate docere deinceps posset, gradum Doctorum in Theologia assumere. Quare vt Illustrissimi Electoris voluntati aliqua ex parte satisficeret, in publica disputatione, cui praefuit D. Paulus Eberus Pastor huius Ecclesiae, pro Licentia, vt vocant, consequenda in Theologia laudabiliter respondit XVI. die Maii in

---

1) Sebast. Theodoricum Winsheimum. 2) Cf. Suevus l. c.  
fol. Q 4<sup>b</sup>.

auditorio Noui Collegij, post quam disputationem eidem volenti soluere vsitatas pensiones Fisco debitas et alias earum omnium remissio facta est, et praeterea petenti hoc quoque concessum est, ut promotionem differret tandiu, donec vnum aut plures nactus eiusdem Gradus petitores, facilius tolerare sumptus prandij et alios posset.

Ab hoc tempore nihil memoria dignum gestum est.<sup>1)</sup>

---

Acta sub Decanatu Doctoris *Georgij Maioris* a die Lucae Anni 1569. vsque ad eundem diem Anni 1570.

Anno domini 1569. die decemb. 10. euocatus est ex hac vita Reue: Vir D. D. *Paulus Eberus* Pastor vrbis, altero die sepultus in templo Parochiali.

Anno domini 1569. die 14. Decembris In praesentia Magnifici Domini Rectoris *Ioachimi a Beust* V. Iuris Doctoris, adscripti sunt collegio Theologico, praestita vsitata promissione, Reuerendi Viri, Theologiae Licentiatus *Caspar Cruciger Wittebergensis*, Magister *Henricus Müllerus Hamburgensis*, Magister *Christophorus Pezelius Plauuensis*, iam antea in hac Academia literas sacras aliquot annos magna cum laude professi, a Reuerendo Viro Domino *Georgio Maiore* eius Collegij Doctore, Senior & Decano.

Oramus filium dei, custodem et caput Ecclesiae, dantem ei dona Pastores et Doctores, ut nos omnes doceat et regat, et faciat ut hi tres huic collegio adscripti sint organa salutaria, Amen.

Anno 1570 Mense Ianuario in ipsis nundinis vocati sunt ab illustriss: principe *Augusto* Electore Saxoniae *Lipsiam* D. *Georgius Maior*, Licentiatus *Caspar Cruciger*, Magister *Henricus Müllerus*, Magister *Christophorus Pezelius*, vbi per vtrumque collegium Theologicum scripti & recogniti sunt Duo libri contra *flaccianam* factionem postea editi, quorum tituli sunt, Kurezer bericht. Item Endlicher bericht &c.

Eodem anno die 15 Ianuarij Reuerendo viro domino Magistro *Friderico Weidebramo* in praesentia Magnifici Domini Rectoris Viri nobilis, Virtute, et eruditione praestantis Domini *Ioachimi a Beust* vtriusque Iuris Doctoris etc. et omnium professorum Academiae, Deinde et consulum ac senatus Vrbis huius, commendata est

---

1) Haec et seqq. *Georgius Maior* scripsit.

gubernatio Ecclesiae huius oppidi et Ecclesiarum omnium in Electoratu inspectio, mandato illust: principis *Augusti* Electoris Saxonie a *Georgio Maiore* Doctore, Decano & Seniore facultatis Theologicae et Assessore consistorij.

Eodem anno 20 Ianuarij conuocata est ab Illustr: principe *Augusto* Electore Saxonie *Dresdā* Synodus Theologorum Lipsienium et Wittenbergensium ac omnium Superintendentium sub Electoris iurisdictione, ad constituendum consensum in doctrina, vbi conscriptus et postea editus est Liber nomine Theologorum vtriusque Academiae, in quo ostenduntur et refutantur errores *flacianae* factionis etc.

Cum haec Synodus haberetur, mortuus est iunior princeps *Augustus*, *Augusti* Electoris filius, completis sedēcim septimanis aetatis, Aº 1570 die Febr: 12.

Eodem anno in Vigilia Palmarum 18 Martij, Praesentib. Reuerendis Viris Domino *Casparo Crucigero* S. Theologiae Licentiatō, D. M. *Henrico Mollero* et D. M. *Christophero Pezelio*, Reuerendi duo Viri D. M. *Fridericus Widebramus* Pastor Ecclesiae nostrae, et D. M. *Iohannes Bugenhagius*, praestita vsitata promissione, ascripti sunt collegio Theologico a Reue: Viro Doctore *Georgio Maiore*, tunc temporis eius Collegij Decano. Oramus igitur Deum, vt hi duo Viri atque adeo nos omnes simus vasa in honorem sanctificata, accomodata vaib. domini, ad omne opus bonum praeparata.

7. Maii Dominica Exaudi conuocata fuit Synodus quorundam Theologorum in oppidum vicinum *Seruestam* consensu Principum *Augusti* Electoris Saxonie, *Iulij* Ducis Brunschwicensis, *Iohannis* Marchionis Brandenburgensis, *Wilhelmi* Lantgrauij Hassiae, *Christopheri* Ducis Wirtebergensia, *Adolphi* Holsatiensis, *Iochimi Ernesti* principis Anhaltini etc. ad componenda dissidia de quibusdam articulis christianaे doctrinae. Res eo deducta est, vt norma praescripta in scriptis propheticis et Apostolicis, in Symbolis receptis, in Confessione Augustana et eiusdem Apologia, seruatur in docenda Ecclesia, et his coniungerentur libri *Lutheri*, *Philippi Mel:*, Corpus doctrinae, *Brentij* et quorundam aliorum libri vtiles, Et haec compositio a Theologis facta referretur ad principes.

Eiusdem Mensis Maij die 11. cum antea in publica disputatione suam confessionem de praecipuis articulis christianaे doctrinae

die 5 Maij edidissent, ornati sunt mandato et munificentia illustrissimi principis *Augusti* Electoris Saxoniae, insignib. Doctorum in Theologia, D. Licentiatus *Caspar Cruciger*, D. *Henricus Mollerus*, D. *Fridericus Wiedebramus* Ecclesiae nostrae Pastor, D. *Nicolaus Selneccerus*, D. *Christopherus Peckelius*, D. *Iohannes Bugenhagius*. Praeses disputationis et Promotor, per quem Renunciatio facta est, fuit *Georgius Maior* Doctor et eo tempore Decanus ac Vicecancellarius. Dederunt Academiae et alijs, quae constituta sunt et prandium magnificum. Hunc actum et prandium ornarunt multi praestantes et Reuerendi Viri Theologi legati principum, qui ex Synodo Seruestana eo tempore huc confluxerunt. Praeter hos fuerunt Reuerendi Viri D. *Iohannes Pfeffingerus* et D. *Henricus Salmut* et alii, et vndeclim Barones.

Eiusdem Mensis die 29, cum ante quatriuum 26 Maij de iisdem Articulis Christianae doctrinae suum quoque in disputatione publica consensum et sententiam declarassent, iisdem insignib. Doctorum in Theologia viri Reuerendi sex ornati sunt, Videlicet Dominus Magister *Caspar Eberhardus*, D. M. *Sigefridus Saccus*, D. M. *Iacobus Lechnerus*, D. M. *Iohannes Garcaeus*, D. M. *Adamus Rotherus*, D. M. *Georgius Lange Voit*. Praeses disputationis et promotor fuit *Georgius Maior* Doctor, Decanus et Cancellarius. Huic actui et prandio interfuerunt Reuerendi Viri et clarissimi D. *Christopherus a Müllendorff* Decanus et D. *Leuinus a Schuleburg* Canonicus Reuerendiss: Collegij Archiepiscopatus Magdeburgensis, Legati Illustrissimi principis ac Domini, Domini *Iosachimi Friderici* Marchionis Brandenburgensis, Administratoris eiusdem Archiepiscopatus etc. Deinde et sui Collegij nomine. Vndeclim Barones. Item Legatus Episcopi Misnensis et capituli Mersburgensis, et quarundam Vrbium legati, videlicet vrbis Norebergensis, Magdeburgensis, Northusanae, Brandenburgensis, Kemnicensis et aliarum. Numerarunt Promoti Doctores, quae veteri more instituta sunt vna cum prandio magnifico etc.

---

<sup>1)</sup> Anno a nato Christo saluatore Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto die 25 Maij conuocati sunt ab Illustrissimo principe ac domino, Domino *Augusto*, Saxonie Duce et Electore etc. Torgam totius prouincie proceres, Et cum his delecti ex

1) P. Crellius seqq. usque ad a. 1575 scripsit.

Theologis aliquot viri precipui, inter quos aetate et autoritate eminuit vir Reuerendus dominus D. *Georgius Maior*, Annum aetatis agens Tertium supra septuagesimum, Et aduersa tum valetudine integrum prope biennium conflictans. Causam conuocationi prebuit liber fanaticus et *ἀνάρτης*,<sup>1)</sup> Titulo EXEGESEOS editus et late hic ab aliquibus sparsus ac magnifice praedicatus, in quo non obscure ostendebatur, conari nonnullos ex docteribus huius Academiae inuehere in Ecclesias et Scholas harum regionum iam dudum explosa et damnata delijria Sacramentaria *Zwinglij*, *Carolo stadij*, *Oecolampadij*, *Caluini* et *Bexas*, Negantium veram et substantialem presentiam veri et substantialis corporis et sanguinis domininostris Iesu Christi in legitimo coenę dominicę vsu. Re igitur grauiter deliberata, iussu principis Electoris scripti sunt articuli, de quibus cum princeps primum et postea proceres ex tota nobilitate et Theologi conuenissent, Vocati sunt *Torgam* autoritate principis Electoris ex vtraque Academia, Lipsiae scilicet et nostra hac; et paſsim ex Ecclesijs alijs, ii, qui in suspicionem erroris Sacramentarij adducti fuerunt: His propositi sunt artioli a principe, a proceribus et a Theologis comprobati, Ac iussi sunt singuli proprię manus subscriptione suum de ea doctrinę parte consensum testari. Sed subscriptionem cum defugissent ac pertinaciter detrectassent, Quatuor in hae Academia Theologi D. *Gaspar Cruciger* Iunior, D. *Henricus Mollerus Hamburgensis*, D. *Fridericus Wi-debramus* huius Ecclesię pastor, et D. *Christophorus Pezelius Plauensis* Arresto primum *Torgae* aliquandiu retenti, Ac vigilia demum Baptistę eodem anno in custodiam Lipsicam abducti sunt, ibique tandem asseruati, donec sententia priori mutata<sup>2)</sup> articulis principis illi subscriberent.

Sed officium docendi in hac Academia cum ipsis abrogatum

---

1) Quidam ad marginem scripsit: „Imo vero ante Conuentum Torgensem constabat authorem eius libri esse non Theologum quenquam in his ditionibus, sed *Iosephum Curaeum Medicum Silesium*.“ 2) Ad haec refutanda, nescio quo autore, adscripta sunt seqq.: „Ne quidem postulata est mutatio sententiae pristinae, vt pote erroris nunquam conuicta. Subscriptio autem Lipsiae facta est his conditionibus: vt salua esset authoritas formulae Dresdenensis et Corporis Doctrinae Philosophi, et stereomatis: Et phrases de orali manducazione intelligerentur sacramentaliter. Denique vt condemnationes reiacearentur ad futuram legitimam Controversiae dijudicationem.“

esset, substituti in illorum loca alij fuerunt. Ac primum pastoris munus commendatum est Reuerendo et clarissimo viro D. D. *Casparo Eberhardo Schnebergensi* pastori Ecclesiæ Misnensis. D. *Crucigeri* locus tributus fuit D. D. *Paulo Crellio*, Qui ante Quinquennium mandato et autoritate principis Electoris ad Consistorij Misnensis gubernationem ex hac Academia euocatus fuerat. Doctoris *Mollerii* locus tributus fuit D. D. *Iohanni Auenario* euocato ex Academia Ienensi. D. *Pezelij* locus datus est M. *Martino Oberndorfero* pastori Ecclesiæ Mitweidensis. Fuitque mutatio huius anni tanta, quanta ab initio repurgatæ doctrinæ coelestis in hac Academia non accedit, Sunt enim eadem occasione et propter easdem causas suo loco moti et ex hac Academia excussi et alij huius Scholæ lectores eruditione et autoritate excellentes. Nam D. *Casparus Peucerus*, Medicæ artis professor, qui consilia Theologorum praecipue instruxerat et rexerat, *Rochlicium* deportatus, ibique Arresto principis inclusus fuit. M. *Wolfgangus Crellius Misnensis*, Dialecticæ professor, *Torgæ* Carceri inclusus, postea relegatus fuit ad biennum non solum ex hac Academia, sed omni plane Electoris prouincia. M. *Ezromus Ruderius Pabebergensis*, gener viri clarissimi domini *Ioachimi Camerarij*, cum primùm *Torgae* Arresto principis aliquandiu retentus, sed postea de nro subscribere articulis Torgensibus iussus fuisset, die Micaëlis deserta statione sua clam aufugit.

Discesserunt sua sponte alias praetexentes causas duo D. *Peuceri* generi, D. *Ioachimus Egerus* Iureconsultus et in hac Academia professor, D. *Hieronymus Schallerus*, Artis medicæ Doctor, *Physices* professor.

Sunt et alibi propter eandem causam suis locis excussi magnæ autoritatis viri. Nam D. *Georgius Cracouius*, Iuris vtriusque Doctor, Qui ex Consiliarijs principis intimus fuerat, *Lipsię* Carceri inclusus fuit, ibique paulo post in carcere mortuus est. M. *Christianus Sagittarius* Concionator aulicus, Qui primus in aula principis delijrij Sacramentarij semina propalam in concione sparserat, abrogato illi docendi munere, in donum suam toto vitæ tempore conclusus fuit. Denique D. *Iohannes Stosselius*, Ecclesiæ Pirnensis pastor et Superintendens, Qui præcipuum illorum delijriorum flabellum fuerat, et *Sagittarium* ad ea spargenda impulerat et excitarat, *Senftenbergam* deportatus arci illius loci tanquam carceri inclusus fuit.

Est ex aula principis electus et tota hac prouincia exclusus D. *Johannes Hermannus*, artis medicę Doctor, Quod et ipse a *Stosselio* in Societatem delijrij Sacramentarij pertractus putatur etc.

Eodem anno 1574 die 28 Nouembris vir Reuerendus dominus *Georgius Maior*, Sacre Theologię Doctor et professor, Collegij Theologici tum temporis Senior et Decanus, in invocatione filij dei placidissime obdormisoens in coelestem Academiam euocatus est. Cum vixisset Annos Tres et Septuaginta, In his terris et in hac Academia versatus esset annos Tres et Sexaginta: Ille cum sua voce in Decanum elegisset Reuerendum virum D. D. *Paulum Orellium* Sacre Theologię Doctorem et Professorem, tradito ei libro, sigillo et clauibus collegij, postea eius electionem ceteri Theologi comprobarunt. Qui haec ipsa iussus a Socero sua manu scripsit ac consignauit. Atque illo Decano in festo Paschatos Anno 1575 presente viro Reuerendo domino *Johanne Bugenhagio* ibidem Sacre Theologię Doctore et Professore, In collegium Theologicum adscripti et recepti sunt Reuerendi et Clarissimi viri, Dominus D. *Casparus Eberhardus* Ecclesię huius pastor, Et D. *Johannes Auenarius* hebreę lingue professor, Cui Ienę promoto Decanus remisit ea, quae ex Statuto soluere eum oportuerat. Promisit vterque stipulata manu se fideliter facturos suum officium et obtemperatuřos esse legibus huius collegij etc.

Anno Christi 1575 die 20 octobris euocatus est ex hac vita et officio pastorali Reuerendus vir D *Casparus Eberhardus* cum muneri suo in hac Academia preſuisset Menses circiter Quatuordecim.

---

<sup>1)</sup> Anno domini 1577 Die Purificationis Mariae mandato Illustrissimi Principis *Augusti* Ducis Saxoniae Electoris, Clarissimo Viro domino Doctori *Polycarpo Leyser* in praesentia Magnifici domini Rectoris Generosi et Inclyti Baronis DN. *Andreae Wolfgangi a Polhaim* et omnium professorum huius Academiae, Ac totius Senatus Vrbis huius, commendata est gubernatio Ecclesiae huius oppidi et reliquarum Ecclesiarum omnium in Electoratu inspectio a Reuerendo Viro domino *Iacobo Andrea*, Sacre Theologiae Doctore, cui tunc temporis ab Illustrissimo Principe *Augusto*,

---

1) Ad marginem: „Decanus a Die Lucac usque ad diem Lucae.“

Electore Saxoniae commissa fuit generalis inspectio et reformatio Ecclesiarum et Scholarum in toto Electoratu. Electoris vicem repraesentante Magnifico et Strenuo viro D. *Ioanne Lösero* in *Prätsch*, Electoratus Saxonici Marschallio haereditario et Ducis *Augusti* consilario primario.

<sup>1)</sup> Acta sub Decanatu Doctoria *Iohannis Bugenhagij* Theo: facultatis senioris Anno 1577, a Christo nato usque ad Diem Lucae eiusdem Anni.

Anno 1577, Die 18 Maij, praestita Vxitata promissione, adscriptus est Collegio Theologico Reuerendus Vir, dominus Magister *Iohannes Sagittarius*, Templi Arcis Praepositus et sacrae theologiae professor publicus, a domino D. *Iohanne Bugenhagio*, tunc temporis eius Collegij Decano et Seniore.

Anno domini 1577, die 16 Iunij, praestita Vxitata promissione, adscriptus est Collegio Theologico Reuerendus et Clariasimus Vir, dominus *Polycarpus Leyser*, Sacrae Theologiae Doctor et professor publicus, ac pastor et Superintendens generalis huius oppidi et reliquarum Ecclesiarum in Electoratu Ducis Saxonie Electoris *Augusti* etc. a domino Doctore *Iohanne Bugenhagio*, tunc temporis eius Collegij Decano et Seniore.

---

Anno Domini 1578. die 19. Augusti Reuerendus atque doctissimus vir Dominus M. *Martinus Henrichus* S. Theologiae et linguae Sanetae Professor publicus, praestita promissione usitata, receptus est in Collegium Theologicum, tum temporis Collegij Decano *Polycarpo Leiser* Doctore et Pastore etc.

Eodem anno Illustrissimus Saxoniae Elector *Augustus* etc. Dominus noster clementissimus, numerum Stipendiariorum suorum auxit: et constituit, ut in posterum centum quinquaginta iuuenes in hac Academia alerentur, quorum opera et ministerio postea, cum in Ecclesia, tum in Scholis suarum ditionum utj posset. Clementissimus Deus benigne largiatur, ut prius hoc institutum (cui non paucj maligne et subdole se opposuerunt) ad nominis sui gloriam et Ecclesiae emolumentum cedat.

---

Anno 1580, Die 17 Octobris, sub Decanatu domini Doctor-

---

<sup>1)</sup> Ad marginem: „Decanatus continuatus a semestri philipp: usque ad. Lucae Diem prorogatus.“

ris *Iohannis Bugenhagij*, Responderunt pro Licentia in Sacra Theologia Reuerendus et Clarissimus Vir Magister *Iohannes Schutz*, huius Academiae Cancellarius, et Magister *Martinus Heinricus*, Theologiae Professor. Praeside Domino Doctore *Iacobo Andreae*, Praeposito et Cancellario Academiae Tubingensis.

Anno 1581, die 11 Ianuarij, praestita Vsitata promissione, adscriptus est Collegio Theologico Reuerendus et Clarissimus Vir, Dominus *Iohannes Matthaeus Smalaldensis*, S. Theologiae Doctor et professor publicus, a domino D. *Iohanne Bugenhagio*, tunc temporis eius Collegij Decano et Seniore

Anno Domini 1581. mense Ian. ex mandato Illustrissimi Electoris hic venerunt nobiles et strenui viri *Ioannes Georgius de Ponickaw* et *Ioannes Friderichus de Schönberg*: Reuerendi item et clarissimi viri D. D. *Nicolaus Selneccerus*, Superintendens Lipsensis, et D. D. *Ioannes Avenarius* Superintendens Citzensis, quibus una cum Collegio Theologico huius Academiae iniunctum fuit, ut secunda vice vocatis omnium Facultatum Professoribus, ab ipsis exigenter, ut vel *Libro Christianae Concordiae* subscriberent, vel causas suae tergivertacionis exponderent. Subscriperunt ergo ex Facultate Iuridica Doctor *Michael Teüber*, D. *Vitus Winshemius*, ex Facultate Medica Doctor *Salomon Albertus*, Doctor *Valentinus Espach*. Ex Facultate Philosophica M. *Andreas Franckenberger*, M. *Petrus Albinus*, Doctor *Andreas Schato*, M. *Michael Reichardus*, M. *Nicolaus Thodenus*, M. *Valentinus Schindeler*. Doctorem vero *Matthaeum Wesenbeccium*, ne subscribere cogeretur, exceptit ipse Elector, peculiarj schedula mandato inserta. Subscribere detrectarunt Doctor *Bartholomaeus Schönborn*, qui ne unam quidem iustum causam praetendere noverat, Doctor *Ioannes Matthesius* et M. *Lohmeier*, qui se alio vocatos esse praetenderunt, M. *Casparus Alteneich*, qui ex professo Calvinianum dogma probabat, M. *Valentinus Otthe* Mathematicus, qui grauissimas columnias non tam ad librum Concordiae, quam ad ipsum Electorem spectantes scripto comprehensas obtulit. Denique *Iulius Boyma L. L.* subscrivit quidem, sed postea ab alijs seductus, adducto Notario subscriptionem repetit. Haec omnia 26. 27. et 28. Ian. tractata sunt. Inde 16. Feb. allatum mandatum, quo illi omnes qui Libro Concordiae subscribere de-

trectarunt, ex Academia absque mora discedere iussi fuerunt, et Facultati Theologicae iniunctum est, ut in posterum omnes eiuscunque professionis, si in numerum Professorum Academiae<sup>1</sup>), Formulae Concordiae subscribere iuberentur, quo firma et constans quoad confessionem pax inter omnium Facultatum Professores conservetur.

Anno Domini 1582. sub finem Martij huc missa est Apologia Libri Concordiae, anno superiore *Erfurdj* a D. D. D. *Timotheo Kirchnero*, *Nicolao Selneccero* et *Martino Chemnitio* delineata, quam de mandato Electoris in praesentia aliquot Superintendentum atque totius ministerij legimus, censuramque nostram de ea consignatam ipsius Cels. transmisimus.

Eodem anno, mensibus Septembrj, Octobri, Novembrj et Decembrij pestis dissipavit hanc Academiam, ex qua non tantum Studiosi, sed et Professores, qui voluerunt, discesserunt: remanentibus tamen Theologis omnibus, et Deo clementer luem avertente, ne quisquam eorum in periculum vitae incideret.

Anno Domini 1583. mense Ianu. *Quedlingburgj* institutus est conventus Theologicus a tribus Electoribus politicis cum Theologis Ducis *Iulij Brunsuicensis* ob Apologiam librj Concordiae. Ex nostro Collegio eo missus est de mandato Electoris D. *Polycarpus Lyserus*. Parum effectum est apud Brunswicenses, eo tamen res deducta, ne apertum schisma inter eos, qui libro Concordiae subscripterant, oriretur. Inter alia latinum exemplar libri Concordiae in eo Conventu correctum est, et tria Germanica authentica exemplaria collata, quae in archivis trium Electorum politicorum reposita sunt, ut si forte (quod Deus clementer avertat) controversia de libro Concordiae oriretur, ad ea partes litigantes recurrere possent.

Eodem anno 20. Maij huc venerunt reverendj et ornatissimi virj D. M. *Georgius Dalmatinus* et D. *Adamus Bochoritz*, huc missi a trium provinciatum Styriae, Carinthiae et Carniae proceribus, ut S. Biblia in linguam Slavonicam translata typis imprimi curarent. Id quod Dei beneficio eo anno factum est, sumptus D. *Samuele Selfischio*, hospitium D. *Polycarpo Lysero* praeuentibus. Et absoluta sunt ea eodem anno adhuc ante festum

---

1) deest: recipentur.

natalitium Christi. Faxit Deus Opt. Max. ut hoc opus plurimum utilitatis afferat Ecclesijs illarum et vicinarum regionum.

Anno Domini 1584. mense Maio, 18 die mensis, *Dresdae* instituta erat Synodus, in qua inter alia tractabatur de Concordia inter nostras Ecclesias et Calvinianos, sic petente rege Navarraeo, instituenda. Ex nostro Collegio *Dresdam* evocati erant L. *Ioannes Schütz* et D. *Polycarpus Lyserus*. Nihil tum decretum aliud, quam quod monuerunt Electorem caute in hoc negotio versandum, nec quicquam absque consensu reliquorum Confessionis sociorum agendum esse.

Eodem anno 29. Maij, pro Licentia in S. Theologia consequenda respondit venerandus et doctus vir Dominus M. *Andreas Gödig*<sup>1)</sup>, Praeside Reverendo et clarissimo viro D. D. *Ioanne Matthaeo*. materia disputationis erat de Persona Christi et theses scriptae ex Damasceno.

Eodem anno 12 Iunij pro Licentia in S. Theologia consequenda respondit venerandus et ornatissimus vir, Dominus M. *Ambrosius Reudenius*, S. linguae et Scripturae apud Ienenses Professor publicus, Praeside *Polycarpo Lysero* Pastore. Disputabatur de Missa Christiana.

Eodem anno 16. Iun. in facultate nostra Doctorum gradu et titulo ornati sunt Reuerendi et clarissimj virj:

1. D. M. *Ioannes Schütz*, Academiae huius Cancellarius.
2. D. M. *Martinus Henrichus*, Theologiae apud nos Professor.
3. D. M. *Ambrosius Reudenius*, Theologiae Professor Ienae.
4. D. M. *Andreas Gödig*, in hac Academia Th. Professor.

Dederunt danda et convivium satis honorificum in Collegio Augu-sti. D. *Schützio* remissa est summa pecuniae fisco Academiae debita: reliquis duebus huius scholae Professoribus dimidium eius pecuniae. Elector, ut sumptus essent tolerabiliores, donavit omnibus coniunctim 100 Th. Rector tum Magnificus Academiae erat Dominus *Ernestus*, Dux Brunsuicensis et Lüneburgensis.

Eodem anno 24. Iul. ex hac lachrymarum volle in coelestem patriam vocatus est Reverendus et pientissimus vir, Dominus *Ioannes Schütz*, S. Theologiae Doctor et professor eximus, Ecclesiae in templo arcis Praepositus et Academiae huius Cancellarius,

1) Hic et infra, ubi de Gödigio agitur, ad marginem scriptum est: „alias Iodocus.“

Collega noster fidelissimus et multis nominibus nobis dilectissimus. Cum quo ut nos olim Deus in coelesti Academia coniungat et cum ipso in aeternum beat, toto pectore precamur.

Eodem anno, ipso die Lucae, qui est 18 Oct., priorem Collegam subsecutus est in aeternam Academiam Reverendus et linguarum peritissimus vir, Dominus *Martinus Henrichus S. Theologiae Doctor et Professor* in hac Academia, cui quietem nobis vero alios fideles, pacis et veritatis amantes Collegas optamus.

Anno Christi 1585. *Kembergan* ad officium Praepositi vocatus et promotus est Reuerendus et clarissimus vir D. Doctor *Ioannes Bugenhagius iunior*, Collega noster. Qui 7. die Martij ab Academia secundum consuetudinem Ecclesiarum nostrarum legitime in officium suum introductus est.

Mense Aprili eiusdem anni, a 14 usque ad 25 diem, *Lipsiae* ex mandato Electorali institutus est congressus Theologorum ex tribus Academijs Lipsensi, Witebergensi et Ienensi, in quo legerunt scriptum a Reuerendo viro, Domino D. *Timotheo Kirchner* compositum et oppositum calumnijs et virulentis criminationibus, quibus vicini Anhaldini Librum Concordiae, eiusdem Apologiam, atque harum Ecclesiarum et Scholarum Confessionem orthodoxam oppugnare coeperunt. Approbatum est, tum scriptum illud in genere: ita tamen, ut illud privato D. *Timotheo* nomine evulgaretur, eique Praefatio nomine Theologicarum Facultatum in tribus illis Academijs praefigeretur. Ad conventum illum profectus est Reuerendus D. D. *Ioannes Matthaeus*, una cum D. *Polycarpo*.

Eodem hoc anno ad societatem operarum Theologicarum in hac Academia publico omnium Professorum nomine ex mandato Electorali vocati sunt duo Reverendi et clarissimi viri D. D. *Georgius Mylius* et D. D. *Philippus Marbachius*. Quorum uterque saho superiorj ab aduersariis ex statione sua depulsus et eieetus erat. Hic quidem *Heidelbergae* a Caluinianis: ille vero *Augustae* a Pontificijs et malefidis fratribus Lucianistis. Doctor *Marbachius*, quia iam ante Proceribus Styriae suam condixerat operam, huic vocationi locum dare non potuit. Doctor *Mylius* autem vocationem recepit, et 9. die Iunij feliciter huc appulit, deductus ex mandato clementissimi Domini Electoris a clarissimo viro D. D. *Paulo Vogelio*, Cels. ipsius Consiliario, a quo et honorifice Academiae die 10. eiusdem mensis ut Cancellarius futurus commendatus et ab Academia in numerum Professorum receptus est.

Inde 13. die illius mensis in templo arcis in praesentia omnium Professorum, totius pubis scholasticae atque Ecclesiae oppidanæ, in primis autem duorum Illustrissimorum Principum ac dominorum, Domini *Ernesti* et Domini *Augusti*, Dueum Lunaeburgensium et Bransuicensium etc. Fratrum, praemissa concione a Doctore *Polycarpo* et coniunctis omnium precibus in officium suum immisus est. Postea<sup>1)</sup> vero . . . die, mensis . . . in Collegium Facultatis Theologicae, postquam usitatam et consuetam promissionem praestitit, et 13 florenos fisco Academiae numeravit, una cum Reverendo viro Domino D. *Andrea Gödichen* receptus est. Quorum laboribus Sacrosancta Trinitas benedicere velit.

Eodem anno mox post festum Paschatis pestis in hac urbe serpere coepit. Quae paulatim longius latiusque progressa tandem mense Sept. vehementer grassarj velle videbatur. Quod periculum maiorem studiosorum numerum, ut hiac discederent, permovit; unde non levis Academiae dissipatio subsecuta est. Quia tamen Altissimus alias reliquias nobis reservavit, plerique Professorum labores suos continuarunt. Idem benignissimus Pater dissipatos clementer colligat, nosque reliques pro paterna sua bonitate protegat et conservet.

---

ANNO DOMINI M. D. LXXXV die XVIII. octob. sive LV.  
CÆ EVANGELISTÆ vrani mihi consensu Collegij Theologici de-  
signatus est decanus in annum tempus Re. et clarissimus D D.  
*Iohannes Matthæus Smalcaldensis*. Sub cuius decanatu  
acta sunt quæ sequuntur. etc.<sup>2)</sup>

---

Anno Domini 1586 in festo Linæ Decanus Collegij Theologici designatus sum *Georgius Mylius* D. Finis huius anni tranquillitatem habuit. Statim circa anni sequentis initium turbas nostro collegio dare cepit *Ioannes Maior*, editis in publicum carminibus, quæ religionis sinceritatem et honorum virorum famam uelicare nobis uidebantur. Hæ turbae partim rescriptis et mandatis ex aula: partim denique *Maioris* istius ex hac academia remotione consopitae sunt.

---

1) Superscriptum est: „Tandem.“ 2) Quo die et mense hoc factum fuerit, ex autoris animo effluxit. 3) Adscripta sunt seqq.: „Quies fuit et summa tranquillitas, quia Sueci nec poterant, nec audebant mutare mortua Anna.“

Exeunte huius anni aestate, cum aliud fortasse agens<sup>1)</sup> D. *Polycarpus Leiserus*, conditionis opimae occasionem sibi apud Brunsuicenses obtingere datis ad aulam literis ostendisset: responsum inexpectatum accepit, ut fruatur, quam sibi oblatam putaret, felicitate: Ecclesiae Vitebergensi de alio pastore prospectum iri. Quod responsum, missis a Senatu oppidano legatis ad aulam pro retinendo D. *Polycarpo*, mutari non potuit. *Polycarpus* ergo ipso brumalis solstitij tempore magno cum nostrorum hominum<sup>2)</sup> moerore hinc ad Brunsuicenses concessit

Huic statim reuerendus et clarissimus vir D. *David Voitus* ex schola Ienensi successor delectus et publicis academieae literis huc euocatus est. Cui uocationi ipse prompte parens operarum suarum Ecclesiasticarum in ipso Natiuitatis Christi festo exordium fecit. Inauguratio tamen eius in alterum usque mensem prorogata fuit. Nam cum eum administrare sub ea forma, quae a Consistorio Dresdam missa fuerat, in qua corpus doctrinae Philippicum pro norma doctrinae constituitur, uterque Theologus, et *Mylius* et *Matthaeus*, recusaret: tandem ex aula, quo de hac re a Senatu academieae perscriptum fuerat, pro Corpore doctrinae Philippico Augustana Confessio et cognata scripta poni, et *Mylius* solennem istum inaugurationis ritum peragere iussus fuit.

Cum ad operas scholasticas idem D. *Voitus* accederet, horam nonam, quam post abitum *Polycarpi Mylius*, uoluntate Seniorum et collegij Theologici occuparat, lectioni suae iure successoris uendicare cepit. Cum controuerteretur hoc uarie, cessit *Mylius* ista hora: sed cum protestatione, publicis actis inserenda, ne iure successionis hoc factum, aut eodem iure omnibus deinceps pastoribus competere existimetur.

Sequens annus 1588 iampridem multorum obseruationibus et uaticinijs insignis ob Reformationem, quam uocarunt, in harum regionum Scholis et Ecclesijs institutam, praecipue memoria posterorum dignus est. Summa eius haec fere fuit, quod constitutiones proxima priore Reformatione factae maximam partem mutatae uel prorsus abrogatae sunt.

In hac reformatione 2 Sept. in arce publicata D. *Ioannes Matthaeus* Theologus ob causas nobis ignotas ab officio remotus

1) Ad marginem scripta sunt seqq.: „praeter spem evenit. hoc male habet virum.“ 2) Superscriptum est: „nostrae farinae.“

est. Fuit illi haec res, senecta iam satis matura, quamvis uegeta, grauissimi moeroris causa. Quem si leniuit Deus, ut decima sexta post dimissionem die ulcere, quod anthracem uocant, infestatus circa occiput, ex hac Vitebergensi in coelestem ac beatam Academiam magno cum multorum moerore auocatus translatusque, postridie cadauer eius in coemiterio urbano pone tumbam uxoriam terrae mandatum sit.

In huius locum statim in ipsa reformatione surrogatus fuit reuerendus vir D. *Henricus Maius*, *Werningerode* pastor, Theologiae doctor, significatumque fuit academie, hunc ab Illustriss. Electore constitutum, qui in locum D. *Matthaei* succederet. Id quod sequente statim mense Octob. factum est.

---

Anno a partu virgineo post sesquimillesimum .88. die 18. octobr: qui Lucae Euangeliastae sacer est; et idem academie Witebergensis natalis est: Decanus. Collegij Theologici designatus est *Andreas Iodocus* D. Huius tempore annuo gesta sunt, quae subiunguntur.

Sub initium huius Anni approparet clarissimus vir *Henricus Magius* S. Theologiae D. ac iuxta tenorem recens publicatae reformationis In locum defuncti Doctoris *Iohannis Matthei* suffectus Inque Corpus Academicum praestita stipulatione Iuramenti loco receptus est. In qua receptione In publico senatu deliberatum fuit de loco ei assignato. Cum enim statutum sit ac Consuetudinis diufurnitate ac longa temporis praescriptione decretum, ut locatio iuxta Inscriptionem et receptionem dispensetur, maxima pars censuerunt, praedicto Doctori deberi locum posteriorem *Andrea Iodo*, sed hanc disceptationem *Iodocus* spontanea et veltranea Cessione diremit.

Nouembri pridie Non: Idem Doctor *Henrius Magius* In Collegium Theologicum Theologie facultatis receptus et praestita promissione visitata Et numeratione . . .<sup>1)</sup> fl. non multo post, publice disputauit pro loco; ut vulgo dicitur. Materia disputacionis erat, Quod vnum et idem sit Euangelium omnibus aetatibus etc.

Tempus brumale intempestiu frigore Corpora hominum non mediocriter afflxit.

---

1) Numerus deest. Ad marginem scripta sunt haec: „anteriores numerarunt 13. fl. fisco.“

4 Id: Februario *Georgius Mylius* D. et praepositus In templo arcii contiguo Coram senatu academico publice convocato tam Rectoris munus (quo tum fungebatur) quam praeposituram Templi resignauit ac breui post in academiam Ienensem se contulit Inuitatus literis Dacis Illustris: Saxenie non minus quam academie eiusdem.

Die 24. eiusdem Mensis *Ioannes Maior* S. Theologie Doctor et poeta lenge clarissimus *Augusto* patri p., olim Electori Saxoniae Illustrissimo Excellentissimo et Beatiss. Memoriae Tertium parentatur.

Eodem tempore generosus et Illustris Comes In Solms et dominus in *Mincenbergh* summus Capitaneus huius provinciae et tractus electoralis constitutus gubernacula suscepit Et Ingressus eius cum grauida Coniuge orta ex Nassouiensium Comitum stirpe exceptus est solemani cum gratulatione Academiae et senatus oppidani, et non modo generosissimi vini munere liberali sed et grandi poculo ex argento ac deaurato ab Academia honestatus est.

Mense Aprili Coram illustri Comite eiusdemque Consiliarii agitata est Controversia de praepositura Cleensi, In qua confenda nonnihil Iuris sibi competere *Henricus a Kanna* contendebat suffultus et nexus diplomate feudali. Concertatum est utrinque totis viribus et magno numero assistentis nobilitatis Et nihil praetermissum ad summam diligentiam quo pedem figere in praepositura dieta Nobilitas posset. Sed academicci viri ad unum emnes Collecti placide sine ulla litigandi specie ex uetustissimis documentis ostenderunt, nil quiequam Iuris unquam usurpasse uel anteriores uel parentem *Henrici*.

Et quamvis Illustris Comes Conditiones aquissimas proposuit, Academia tamen non latum unguem cessit, Imo aequitati consenteantur rationes a Comite propositas eo respuit, quod de Iure suo ne apicem quidem per se remissum redire voluit.

Tandem rescripto electorali *Henrico a Kanna* omne Ius abrogatum et soli academiae adiudicatum est.

Quare Academiae senatus missis venerando et Doctissimo viro Doctore *Dauide Voito*, Superintendente generali, *Andrea Iodo* D., *Valentino Schindlero*, Ebraicae linguae professore, Ingestum et obtrusum praepositum *Georgium Brummerum*, generum praedecessoris et defuncti praepositi, abdicarunt, et M. *Georgium Neandrum Torgensem* inaugurarunt. Et paucis

septimanis interiectis Iterum misit ad instituendam Computationem aerarij ecclesiastici *Andream Iudocum* D., *Casparum Strubium* D., *Michaalem Reichardum* M. et oratorię fac: professorem, Ita nihil non fuit, ut ex asse omne lus huius praepositurae sui vnius esse ostenderet.

Haec de praepositura Clodensi in hunc annum inciderunt.

Mense Maio Doctoratus gradum, titulum et Insignia per literas et Internuncios petierunt *Iohannes Fleisserus* Vratislauiensis reip: Inclytae pastor Et *Conradus Bergius* Rector Scholae ac Gymnasij illustris In celebratissima vrbe Stetinensium, Ambo Magistri alumni et professores quondam huius nostrae Academiae. Re deliberata verecunduni facultatis Theologicae Collegium vtrique et materiam et Diem Disputationis publice significauit. Huic decreto ambo summa uoluntate parentes huc venerunt sub exitum Maij Instructi diplomatis, Hic *Iohannis Friderici* Pomeraniae Ducis, ille Inlytae reipubl: Vratislauensis, quibus Collegium Theologicum rogabatur Titulum et gradus Doctorum.

Porro Decanus sine mora patribus Conscriptis vtrumque accersiuit Coram petitionem ipsorum auditurus et exploratione Instituta sedu: Augustanae Confessioni non dissentanea vtrique Cursoriam praelectionem et publicam assignauerunt. *Iohanni Fleissero* 3. Caput ad Romanos. id quod 4 lectionibus absoluit. *Conrado Bergio* psalmum Decimum quintum, quem itidem non tamen ante, sed post publice habitam disputationem quatuor uicibus absoluit.

Rectoratum Academiae gerebat vir Consultissimum *Eberhardus a Veile* I. V. Doctor, Professor p. Decretalium & Electoris Saxoniae Consiliarius, Cuius semestri aestiuo quae de Doctoratu meminimus et quae post commemorabuntur, gesta sunt.

Examine priuato exacto numerarunt quadrigenes bino florenos minus 14 gl.

His gestis *Henricus Maius* D. Theses de iustificatione *Iohanni Fleissero*. De bonis operibus vero *Conrado Bergio* disputandas conscripsit.

Academia, audito, *Henricum Maius* D. uelle disputationi publice praesidere, Iudicavit hoc fieri ad supplantationem *Andreas Iodoci*, quare senatus decreuit, ut utramque partem laboris et praesidendi et renunciandi uel unus *David Voitus* D. in se reciperet uel alterutram *Andreae Iodoco* pro tempore Decano resignaret.

Quamobrem vtramque laboris partem In se recipiens *Dauid Voitus* D. et Superintendens generalis utriusque Coniunctum disputanti publice presedit Die Iulij 4<sup>to</sup>. Et In actu solenni ambos Doctores creauit et renunciauit Iulij 15. Die.

Epulum splendidum datum est Academiae Senatui, nobilitati, In aedibus parochialibus, Et numerarunt numeranda prout manu D. *Lutheri* B. M. in Limite huius libri dispositum est.

Paucis diebus ante actum solennem semel atque iterum Inustatae tempestates ortae sunt et quaedam aedificia et arboreta in vicinia coelitus fulmine tacta sunt. (ps. 29.)

Comes illustris Solmensis tum temporis vxore puerpera absuit illigatus negotijs electoralibus et sacerorum simul Comitem Inclytum et generosum Nassoviensem adducturus Witebergam.

Paucis diebus post eterque Doctorum muniti testimonij Doctoralibus Witeberga abierunt. Benedictus Dominus benedicat ipsorum ac nostris laboribus.

Anno Domini 1589 6. Septembris sub vespertinum tempus hora... Minu.. *Sophia* electorissa Brandenburgica nupta potentissimo Duci et Electori Saxoniae *Christiano* D. N. C. enixa est, peripetque heredem masculum, Qui vicesimo primo eiusdem mensis Christianis sacris initiatus est. Deus misericors Donum electoralem Saxoniae clementer auctam quam diutissime in hac dignitate Septemuirali conseruet.

Circa hoc tempus *Maximilianus* Austriaeus in affectando regno Poloniae Captus et ultra annum uel sesqui detentus in Custodia dimissus et libertati restitutus est.

Non multo post Turcae Impressione in Poloniae prouincias facta ingenti clade cum regnum Poloniae, tum in primis Russiam affecerunt. Haec gesta sunt tempore autumnali anno 1589. Tempus aestuum nimio et inmodico aestu morbosum fuit et phrenesin aliosque morbos peperit. Neque hoc praetereundum silentio est, Hac aestate classem Hispanicam belligerantem cum Anglis ad Internacionem caesam esse nauibus partim exustis partim submersis. Dux seu Ammiralius anglicanae classis fuit *Duaco* Pirata nobiliss. Econtra Copiae anglicanae expugnantes aliquot Castella Lusitaniae ingens damnum fecerunt.

Galliarum rex hac aestate a monacho per hostem pecunia corrupto et scelerato sica inter confitendum lethaliter vulneratus

breui post extinctus est suam uoce *Henerico* declarato Galliarum rege successore.

Quae tribus praecedentibus pagellis a D. Doctore *Andrea Iodoco* annotata sunt, et quidem sine collegarum suorum consensu et approbatione, de iis Candido Lectori suum sit iudicium. Duo autem sunt, de quibus eum admonendum esse censuimus, ne rerum ignarus quarum ibi facta est mentio, sinistre de quopiam iudicet. Primo scripsit de loco, qui D. *Maius* in corpore Academicu assignandus erat, extitisse inter Dominos Professores disceptationem, quam spontanea et ultronea cessione ipse diremerit. Negat uero D. *Maius* sibi quidquam ea de re innotuisse, nec opus fuisse affirmat D. *Iodoci* cessione, cum in Reformatione Illustrissimi Principis et Electoris *Christiani* Domini nostri clementissimi locus sit expressus, quem inter professores habere debeat, atque etiam Magnifici Domini Rectoris, totiusque senatus Academici voluntate obtinuit. Deinde falso dicit, D. *Maius* uoluisse praesidem esse disputationis M. *Fleisseri* et M. *Bergij*, Theologiae gradum petentium, atque Senatum Academiae iudicasse, id fieri ad D. *Iodoci* supplantationem. Neutrum enim factum esse, omnes testabuntur ea de re interrogati. Siquidem D. *Maius* theses iussu collegij Theologici, & in primis rogatu Reuerendi Domini Doctoris *Davidis Voiti* Pastoris etc. conscriperat, ut is aliqui plurimis negotijs occupatus hoc labore leuaretur, et de oratione in actu promotionis recitanda rectius meditari posset, cum suis de causis Senatus *Vratislauensis* promotionem non differri petisset. Haec omnia facta sunt ipso D. *Iodoco* praesente et suo silentio collegij Theologicis ententiam confirmante. Qua igitur fronte scribere ausit, haec in sui supplantationem esse facta?

DECANATVS anni 1589, a Die Lucae usque ad Cal.  
Maij anni sequentis 1590.

Die Lucae Euangelistae Decanatus officium Collegij Theologici consensu suscepit Reuerendus et clarissimus vir D. D. *David Voitus* Pastor. Is uero Mense Nouembri aliquoties coelum nimis aspero *Hertzbergam* ad componenda dissidia grauissima, quae inter Pastorem et ciues exorta erant, missus tussim vehementer in itinere contraxit. Domum itaque rediens in dies peius habere cepit, donec die 22 Nouemb: ipse tussiens ex nimio thoracis motu, uenula pulmonis rupta sanguinem copiosum effudit, unde paulo post, Die sc. 26 Nouemb. mane circa 4 Matutinam in

vera et ardenti inuocatione morte placidissima expirauit, cum esset annorum 59 et Mensium 10. Post ipsius obitum more solito Decanus ad D. Doctorem *Andream Iodocum* redijt. Cum autem non tantum Senatus Academicus et oppidanus, uerum etiam proceres aulae illustriss. Pr. et Electoris etc. iudicarent, et Academiae et Ecclesiae utilitatem postulare, ut de alio Pastore eligendo et uocando deliberatio mature institueretur, ne Theologis alijs uel aegrotantibus uel dimissis coetus dilaberetur et Ecclesia aliquid incommodi acciperet, inuocato Filio Dei, uanam consensu Reuerendo viro D. D. *Vrbano Pierio*, Superintendenti Dresdensi haec functio ardua fuit decreta, idque decretum, ut illustriss. Princeps et Elector ratum haberet, petitum. Etsi uero illustrissima ipsius Celsitudo hanc Academiae et Senatus solicitudinem probabat: tamen ipsorum petitioni plane locum dare noluit. Ad aenum enim tantum clementissime concessit, ut Reuerendus vir D. D. *Vrbanus Pierius* hic esset, atque omnes tam in templo quam in schola docendi partes, aliaque Pastoris et Superintendentis officia, sicut ea in literis illustriss. Principis et Electoris Domini nostri clementissimi repetuntur, in sese reciperet, donec de alio huic loco prospiceretur. Is igitur vigilia Dominicæ Remisiæcere, quae erat 14 Martij, huc ueniens statim altera die post publica concione auditus et in præsentia Senatus Academicus et oppidani per Doctorem *Henricum Maium* inuestitus est, cum de omnibus officijs sui partibus prius admoneretur, certa forma huius introductionis ipsi a Dominis Consistorialibus præscripta. Cumque anno ferme elapsò omnes recte iudicantes deprehenderent, Reuerendi et Clariss. Viri D. Doctoris *Pierij* labores iuuentuti scholasticae esse utiles, neque alias hac cathedra dignus offerretur, Vterque senatus et Academicus et Oppidanus tandem obtinuit, ut in vocationi Dresdensi renuncians in officio Pastoris et Superintendentis generalis Electoratus Saxonie, suffragante illustrissimi Principis et Electoris *Christiani* etc. Domini nostri clementissimi uoluntate, confirmaretur: quod factum est anno 1591, ut postea dicetur. Eodem anno 1590 vigilia Paschæ, quae erat 18 Aprilis, Reuerendus vir D. *Petrus Calaminus* literis Academiae uocatus, ut et in templo arcii contiguo et in schola publice doceret, huc accessit. Die uero 26 Aprilis, quae erat Dominica Quasimodog., in facultatem collegij Theologici Reuerendi et doctissimi viri D. *Vrbanus Pierius* S. Theologiae D. et pastor, Et M. *Petrus Calaminus*

recepti sunt. Atque haec quidem tunc Doctore *Iodoco* vicedecano a die Lucae anno 89 usque ad Cal. Maij anni 90 gesta, et hoc in loco ut referrentur, digna uisa sunt.

**DECANATVS Anni 1590 a Calendis Maij usque ad Diem Lucae.**

Etsi Reuerendus vir D. Doctor *Andreas Iodocus* Decanatum, quem loco Reuerendi viri D. D. *Davidis Voiti* p. m. gererat usque ad Diem Lucae sibi prorogari contendebat: tamen cum et Collegio Theologico et toti Academiae secus uideretur, officium illud D. *Henrico Maio* cedere iussus fuit. Die 8 Maij Reuerendus Dominus Pastor *Urbanus Pierius* S. Th: Doctor, pro loco, ut vocant, disputauit. Materia fuit, Vnum et eundem verum Deum esse Patrem, Filium et Sp. Sanctum. Decimo Iulij post Responsiones D. *Philippi* ad primos tres articulos Bauaricae inquisitionis ad disputationem proposuit H. *Maius* D. Paulo post Mense Augusto die 6. ex mandato illustriss. Principis et Electoris Saxonie D. D. *Andreas Iodocus* dimittitur: Causae eius dimissionis cum ex ipsis literis illustrissimi Principia et Electoris rectius possint cognosci, placuit eas bona fide hic referre.

Von Gottes gnaden Christian Herzog  
zu Sachssen churfurst.

Würdige vnd hochgelarte lieben getrewen, Beyvorwartt habt ihr Zuersehen, wass an vnss D. Andreas Iodocus wegen verenderung seines itzigen Dienstes vnderthenigst gelangen lassen. Nuhn seindt wir vor dessen auch berichtet, dass er nicht allein seines alters vnd leibsschwacheit halben die ihme von vnss anbeuhohlene prädicatur vnd profession biss anhero zimlich vorrichtet, sondern dass er auch hierzu ohne dass nicht genungsamb qualificirt, also dass er weder im lesen noch predigen bey euch sonderlichen nütz schaffen kann. Derwegen wir ihnen auch an bewelten dinsten ferner zu lassen nicht bedacht, vnd ist demnach vnser gnedigste begern, ir wollet ihm au vnser stadt seinen vrlaub geben vnd uns eine andere person nasthaft machen, so der studirenden iugend dess ortts mitt mehrern nutze vorsein kan. So viel aber sein suchen, ihnen etwa sonst in vnsernn landen zu einem kirchenndinst zuueroordenen, anlangen thutt, Begehrn wir, ihr wollet ihm vormeldenn, dass wir itziger Zeidt nichts wusten, darzu wir ihnen gebrauchen mochtenn. Derhalben er sich seuer gelegenheit nach anderswo vrah zu thun, vnd dissfalls seine nottdurft zubedencken wissen werde: Daran volnbringet ihr vnserre gnedigste vnd gefellige meinung. Datum Sitzenroda den letzten Julij, anno 90.

Christian.

Dass original dieses Churfürstlichen beschlichs ist zubefinden bey der Löblichen Vniuersitet vnter den briessen, welche sub Rectoratu clariss. viri Domini D. Straubij einkommen.

Ee itaque dimisso locum et stipendium ipsius mandato illustriss. principis et Electoris etc: M. Petrus Calaminus, Locorum Theologicorum Professor et concionator in templo arcis, obtinuit.

Huius successor ab Academia nominatus fuit et ab Electore, Domino nostro clementissimo confirmatus M. Paulus Aulacander, Dialectices et Ethices in hac Academia Professor. Mense Septembris die 18 Praeside Urbano Pierio D. pro licentia gradum Doctorum consequendi disputauerunt M. Christoph. Gundermannus Pastor Ecclesiae Dei ad D. Thomam et Theologiae professor Lipsiae, M. Petrus Calaminus Theologiae professor et concionator in templo arcis, M. Gregorius Schonfeld Zanensis, Et Iouannes Christoph. Flurerus Francus. Materia disputationis erat de peccato originali. Sed eorum promotio in sequentem annum reiecta fuit.

A die Lucae anni 1590 usque ad Calend. Maij anni 1591.

Decanatum gessit Reuerendus Vir Dominus Pastor VRBANVS PIERIVS, D. Sub eius initium vnanimi consensu hoc decretum fecimus, ne uel Decanus sine omnium collegarum consensu deinceps quidquam in hunc librum inscribat, nel ulli potestatem faciat aliquid in eo uel corrigandi uel mutandi. Deprehendimus enim hunc librum, qui Decani fidei committitur saepe ad alienas manus peruenire et multis in eo notatis illum tantum non commulari et corrumpi. Huius nostri decreti uerba infra inserta sunt formulae solemnis promissionis, quam qui huius collegij membra esse uolant, praestare atque in se recipere coguntur. Die 4 Decembris primum a quodam cerdone petitum est, absente Pierio pastore, ut exorcismus omitteretur. Die 22. Ianuar. praeside Henrico Maio D. pro Licentia accipiendi Gradus Doctorum disputauerunt: M. Petrus Streuberus Pastor Sorauiensis, M. Paulus Aulacander, professor Ethices et Dialectices, et M. Wolffgangus Francius Plauensis. Materia huius συζητήσεως fuit Responso Domini Philippi ad 4. 5. et 6. Articulum Bauariae inquisitionis. Die 25 Ianuarij Doctorum Gradu et titulo ornati fuerunt promotore Urbano Pierio D. et Vice Decano Hen-

*rico Maio D. L. Christoph. Gundermannus, L. Petrus Calaminus, L. Petrus Streuberus, L. Paulus Aulaeander et L. Gregorius Schonfeld pastor et Sup. Delitzianus.* Renunciationis actui multi peregrini interfuerunt, praesertim qui ab amplissimo Senatu Lipsensi honoris causa missi erant. Aduennerunt etiam M. Wolffg. Amlingus pastor Seruestanus et alij duo pastores et senes reuerendi ex Silesia. Theologi uero Lipsenses etiam inuitati a Collegio Theologico abfuerunt, causa reiecta, ut scribebant, in valetudinem non satis commodam, de qua tamen alij aliter iudicabant. Promotione finita dederunt hi et superius scripti Licentiati, quae legibus tenebantur, exceptis *Aulaeandro* et *Calamino* DD., quibus pecunia, quam fisco debebat, remisit Academia. Sed paulo post Seniores, quibus cura Fisci commissa est, cum Rectore decreuerunt, ne Decanus in posterum ulli pecuniā istam remittat neque eius remittendae spem faciat. Iustum enim esse censuerunt, fiscum ab ijs iunari, qui se Doctorum gradu ab hac Academia ornari, seu alibi promotoe in hoc collegium nostrum recipi petierint. Quod hoc in loco quoque commemorandum esse iudicani 7 Aprilis in collegium recipitur D. *Paulus Aulaeander* eique Epistola ad Romanos enarranda attribuitur. Dominica Laetare D. *Urbanus Pierius* publica concione Exorcismum, cuius usum paulo ante liberum esse voluit infirmioribus, abrogat. Nec multe post assumpto D. *Calamino* et conscriptis quibusdam articulis seu quaestionib. de exorcismo colloquium agit cum Theologis Consistorij Lipsensis et Misnensis.

A Calendis Maij anni 1591 usque ad Diem Lucae. Decanus fit iuxta statuta D. *Petrus Calaminus*. Hoc semestri res Ecclesiasticae valde fuerunt turbatae. Cum enim ad mandatum Illustriss. Principis ac Electoris *Christiansi*, Domini nostri clementissimi, approbationem formulae nuper conscriptae Consistoriales ab omnibus Ecclesiarum ministris exigenter, quidam eam omnino reprobarunt ac propterea electi sunt: aliqui uero non expectato Electoris mandato exorcismum abrogarunt: qua ex re non exigui motus fuerunt consecuti, Ecclesia et scholis harum regionum Electoralium infinitis calumnijs et criminationibus hominum maleferiorum passim expoatis et misere odiosissimo nomine Caluinistarum proclamatis et distractis. Rebus autem omnibus ita turbatis atque sedis in Ecclesiae ministros et praesertim in Consistoriales concitatis ecce tempore infelicissimo illustriss. prin-

ceps et Elector Saxonie *Christianus* cum 4 fere septimanis aegrotasset, die 25 Septembris post horam sextam Matutinam placida morte expirauit: cum vixisset annos 31 Menses 10 et dies 25, et ab obitu Patris *Augusti* gubernasset annos 5, Menses 7 Dies 13. Quae quantaeque mutationes cum in Politica tam in Ecclesiastica gubernatione mortem huius principis Generosissimi et vere Christiani nimis properatam consecutae sint, sequentia testabuntur.

A Die Lucae usque ad calendas Maij anni 1592. *Paulus Aulaeander* D. Deceanus electus libertum hinc et sigillum Collegij Theologici accepit. In hoc semestri motuum, de quibus iam modo dictum est, extra eorum uere fuit grauis. Electore enim die 25 Octobris *Fribergae* sepulto cives oppidani, nescio quibus furis acti, Exorcismum restitui petuerunt, et multis hinc inde conquisitis articulis D. *Pierius* grauissime apud senatum accusauerunt. Antequam autem haec res legitime cognosceretur, literis illustriss. Principis Saxoniae *Friderici Wilhelmi* D. *Pierius* die 13 Novembris custodiae traditur in arce. Vacante itaque pastore et Consistorio emerato ad vulgi petitionem Exorcismus ab infimo Diacono, quem Pestentialem vocant, restituitur. Caeteri uero Diaconi duo M. *Zacharias Polus* et M. *Lazarus Sperlingus* causa non agnita ab officio remaneantur: alij in eorum locum substitutis, cum pacis ante diebus M. *Paulus Salmutius* cum senatus voluntate abiisset. Hinc magna inter ciues et studiosos exoritur discordia: quam ut matre illustriss. princeps et Electoratus saxonici administrater *Frid. Wilhelmsa* componeret atque tolleret, uetus ad id est opera *Georgij Mylij* D. et professoris in acad. Ienensi, *Guentheri Schneidewizij* consilarij Vinariensis, *Iohannis Loseri* haereditarij Mareschalei saxonici, et *Iohannis Friderici a Schonberg*, qui cum litteris principis D. nostri clementiss. hue venerunt vigilia Trium Regum. Die itaque sequenti, cum quod in mandatis habereat, Academise exposuerint, statim D. *Petrus Calaminus* suspendunt minera descendit prorsus interdicto usque ad ulteriorum Principis declaracionem. Eadem fortunam experitur quarto die post D. *Paulus Aulaeander*, eo quod D. *Mylius* acerbius in concione publica perstrinxisse uideretur, neque id etiam ipse negaret. Ab eo tempore D. *Mylius* vicem pastoris obiit, qui etiam D. *Iodaco* rursus copiam fecit et in schola et in arce templi docendi usque ad diem

Michaelis iuxta tenorem literarum, quas ea de re ab illustrissimo principe et administratore Domino *Frid. Wilhelmo* acceperat. Atque haec fere sunt praecipua, quae etiam hoc semestri acciderunt a collegis massis *Pisario*, *Calamino* et *Aulaeandro* huic libro inscribenda et ob calamitates, quibus affligebantur, praetermissa.

A Calendis Maij anni 1592 usque ad diem Lucae. Ordo et statuta nostri collegij secundum me fecere Decanum. Eo autem semestri haec geata sunt. Ipsius Calendis Maij Reuerendus Vir *Aegidius Hunius* D. literis principis *Marpurgo* euocatus cum familia hue appulit. idem etiam 4 Iunij in templo arci contigua a D. *Mylio* more solito introduxit et confirmatur: et a Rectori in senatum Academicum receptus explicationem Epistolae I ad Corinthios die 8 Iunij incipit.

Ad diem 26 Maij per mandatum illustrissimi Domini Administratoris Electoralis Saxoniae *Friderici Wilhelmi*, Domini nostri clementissimi, conuocati sunt ad Conuentum *Lipsiae* indictum (ut de toto opere Visitationis Ecclesiarum et scholarum Electoratus iniretur deliberatio) sequentes ex Theologia: D. *Martinus Mirus*, D. *Georgius Mylius*, D. *Aegidius Hunius*. Ex politicis porro *Iohannes Georgius a Ponicau*, *Iohannes Loeperus*, D. *Ioachimus a Beust*, *Casparus a Kutzleben*, *Iohannes Fridericus a Schönburg*, *Iohannes a Wertern*, *Wolfgangus Albertus a Schleinitz*, D. *Michael Wirt* Professor Iuris Lipsiae et Coburgensis Ducum Cancellarius, et *Gabriel Schütz* Merseburgensis Cancallarius. Ad eundem conuentum descripti fuerant D. *Nicolaus Selneccerus* et Nobilissimus *Heimboldus ab Einsiedel* Verum uterque prius ex hac uita euocatus, quam initium fieret consultationis. Ille *Hildesheimiv Lipsiam* perlatus ex calculi doloribus aeger admodum, tandem 24 Maii Anno 1592 ex hac mortali vita in aeternam concessit et sequente die 26 Maij magno cum luctu bonorum omnium sepultus est.

Porro in ea quam diximus consultatione deliberatum est de modo, forma, ratione ac processu Visitationis instituendas, et decretum, ut ad negotium illud feliciter conficiendum Articuli inter nos et Calvinistas controuersi de Coena Domini, Persona Christi, Baptismo et Praedestinatione, in succinctas numeroque paucas theses, quae veram et orthodoxam Ecclesiarum nostrarum doctri-

nam continerent, et his, oppositas antitheses Caluinistica dogmata complexas redigerentur, et ad subscribendum proponerentur ea formula, qua se doctrinam in Affirmatiua seu Thesibus Lutheranis amplecti, Caluinistarum autem dogmata in Negatiua seu Antithesi expressa reprobare profiterentur subscriptentes. Decretum etiam est, Esse visitatorios illos Articulos ea simplicitate conscribendos, ut etiam laici per Dei gratiam capere queant. Atque hoc modo conscripti illi sunt a Theologis dehinc in consessu Dominaeum Visitatorum lecti et approbati: transmissi quoque illustrissimo Domino Administratori, et censuit inclyta eius Celsitudo atque in literis Instructionis mandauit, ut illi omnibus atque singulis, qui in officijs sunt, non tantum Ecclesiasticis et Scholasticis, uerum etiam politicis proponerentur subscriptendi: plane uti a Dominis Visitatoribus erat petitum. Ratio censilii fuit, quod turbae illae Caluinistiae, quibus harum regionum Ecclesiae et Scholae misere fuerant dissipatae, non tam a Theologis, quam politicis personis excitatae fuerant.

Visum est ad hanc rem Theologis supra dictis adiungere tres alios, videlicet D. *Burckardum Harbardum* Theol. Professorem Lipsiae: M. *Wolfgangum Mamphrasium* Superintendentem Wurzensem, et M. *Iosuam Lohnerum* Aldenburgen sis Ecclesiae Superintendentem.

*Lipsiae, Witebergae, Grimmae, Misnac et Dresdace* uisitarunt deputati omnes. Reliquus labor ita distributus est, ut D. *Mirus* et M. *Mamphrasius* una cum adiunctis politicis in districtu Misnico, D. *Mylius* et D. *Harbardus* in Electorali tractu specifice sic dicto (im Churkreis) D. *Hunnius* et M. *Iesua Lonerus* in Turingico et Voitlandico munus Visitationis obirent.

---

Anno 1593 a d. Lucae usque ad calendas Maij 1594 Decanatum gessit Doctor *Samuel Huberus Helvetius*, *Deren dinga* agri Wirtenbergici anno 1592 huc vocatus ad professionem Theologicam, eodem anno cooptatus in collegium, sequenti anno 1593 a Reuerendo et Clarissimo Viro Domino D. *Polycarpo Leisero* creatus Doctor SS. Theologiae.

Sub huius Decanatu incidit aliqua dissensio inter ipsum et collegas eius tres D. *Polycarpum Leisserum*, D. *Aegidium Hunnium* et D. *Salomonem Gesnerum*; his asserentibus Deum non elegisse in domino IESV omnes homines ad uitam aeternam,

et eam ob causam accusantibus ipsius libros, quos aediderat in agro Wirtembergico, priusquam huc esset vocatus. illo uero asserente, in Dei uoluntate eligente nos nullam fuisse particularitatem, sed omnes homines pariter esse electos ad uitam aeternam in domino, utpote pro omnibus mortuo, quanquam multi electionis beneficio frui nolint, et ideo etiam omni gratia sese spolient et deum pereant.

Ad controuersiam hanc dirimendam ab Illustrissimo Duce et Administratore Saxonici Electoratus, Principe et Domino Domino *Friderico Wilhelmo* etc. Comissarij sunt missi die 4 Februa. 1594 politie tres, Dominus *Ioannes Georgius a Bonikau*, Dominus *Ioannes Löserus* et Dominus *Ioannes Fridericus a Schönberg*: academicus Dominus *Georgius Mylius* D. et Professor SS. Theologiae in Academia Ihenensi, Dominus *Zacharias Schilterus* et Dominus *Burkhardus Haruardus* ambo DD. et Professores in academia Lipsenai. cum ad triduum esset in horum praesentia in arce Witebergensi disputatum et neutra pars cederet, re infecta discessum est: infunctum tamen silentium utriusque parti, donec ex aula responsum mitti possit: et hactenus res in suspenso mansit.

Agebatur conuentus imperij isto tempore Ratisbonae, quo etiam Illustrissimus Dux Administrator etc. sese contulit, Deus celsitudinem ipsius saluam et incolumem nobis reducat.

Vlt. Aprilis affertur mandatum ab Illustrissimo Principe missum pro conseruando opere visitationis et propaganda doctrina, quae in articulis visitationis comprehensa est. Consistorialibus mandatum est, ut omnes Vasallos huic iurisdictioni subditos adigerent ad subscriptionem articulis visitationis. Academiae autem senatu ista sunt perscripta:

Von Gottes Gnaden Friderich Wilhelm Herzog zu Sachsen vormund vnd der Chur Sachsen Administrator zc.

Wirdige, Hochgelehrte, liebe getrewen, Ihr wüsset euch Zuerinnern, welcher gestalt wir aus hochwichtigen, notwendigen vrsachen Zuerhaltung der reinen, vnuerfelschten Prophetischen vnd Apostolischen lehr, darauff die ware Augspurgische confession gegründet, auff vnderthenigest bitten vnd ansuchen vnser iungen vettern vnd pflegsöhne, der Herzogeñ zu Sachsen, getrewen landstende, eine christliche General visitation in diesem chur vnd fürstenthumb angeordnet, vnd nun mehr dieselbige durch göttliche hülff vnd beystand ihr gewünscht end erreicht, vnd dardurch das h. Ministerium so wol die weltliche Regiment wider gefasset vnd zu fridlichem stand gebracht worden. Dieweil dan zur vortsetzung stettwerender solcher christ-

licher einhelikeit nötig, daz die einmal angefangene vnd fürgenomme subscription der visitation Artikul also fort vnd fort continuirt, in üblichem brauch getrieben, erhalten vnd da mit niemand übersehen noch übergangen werde, so oft sich durch absterben oder in andere wege mit den personen, so zum Rectorat vnd der vniuersitet Empfern gebraucht werden oder discipl halten vnd zu den promotionibus gelassen oder in die faculteten aufgenommen werden, von Zeiten zu Zeiten verenderung verleufft vnd zutregt,

Als begern wir für vns vnd an statt des Hochgeborenen fürsten Herrn Johans Geōrgen Margraffen vnd Churfürsten zu Brandenburg &c. vnsers freundlichen lieben Oheims, Schwagers, Herrn Vatters, Bruders vnd geuatters, in gesampter vormüntschaft Herrn Christians weiland Herzogen vnd Churfürsten zu Sachsen &c. christseliger gedechtnus, hinderlassner iunger herschafft &c. Ihr wellet nicht allein die ienigen, so iezo in faculteten vnd emptern sind oder discipl halten vnd die visitation Artikul noch zur Zeit nicht vnderschrieben haben möchten, nochmals dahin halten vnd weisen, daz sie sich mit der subscription andern gleich erzeigen, sondern auch ohne vorgehenden andern vnd fernern bericht künftiger Zeit, so oft andere Personen an der abgegangenen statt aufgenommen werden, es also vnd nicht anders halten, damit ohne sölche subscription niemand zu den promotionibus gelassen, noch in die faculteten oder zum Rectorat vnd sunsten zu andern emptern in der vniuersitet bey euch aufgenommen vnd gebraucht, noch auch discipl zu halten verstattet werde, daran volbringet ihr vnsere gnedige meinung. Datum Torgaw den 6. Martij anno 1594.

F. W. h. z. Sachsen.

# **SENATUS**

**de collegio theologie studij  
albiorenii.\*)**

---

**\*) Quae iam sequuntur, in fine libri Ms. leguntur.**

---

**R**euerendus pater magister *Iohannes staupitz*, vicarius ordinis sancti augustini.

Mgr. *martinus pollichius* Mellerstatinus hic promotus.

Mgr. *Iohannes Anthonij* prouincialis ordinis predicatorum hic receptus.

Mgr. *paulus carnificis* ordinis minorum hic receptus

Mgr. *hedwicus* ordinis eremitarum s. augustini hic receptus.

Mgr. *ludwicus* ordinis minorum hic receptus.

Mgr. *Bartolomeus* prouincialis ordinis seruorum marie hic receptus.

Mgr. *Iohannes voyt* ordinis heremitarum sancti augustini hic receptus.

Mgr. *Mathias prebis* ordinis seruorum marie hic receptus.

Mgr. *Iohannes mantel* ordinis eremitarum sancti Augustini hic promotus.

Mgr. *Iohannes de campis* ordinis predicatorum hic promotus.

Mgr. *Ioducos trutfetter* de ysnach hic receptus.

Mgr. *Iohannes praun* de monaco hic promotus.

Mgr. *Sigismundus epp* ordinis eremitarum Sancti Augustini hic receptus.

Mgr. *Petrus lupinus de radheim* hic promotus<sup>1)</sup>.

Mgr. *Iohannes Teusel* de Frickenhusen hic promotus.

Mgr. *Nicolaus grünperger* hic receptus.

Mgr. *Wolfgang Augustini* de monaco ord. eremitarum Sancti Aug<sup>ni</sup> hic promotus Anno 1509 Ipso die sancti Thimo- teij que fuit octa<sup>a</sup> Beate virginis Assumptionis.

---

1) Adscriptum est: „Anno 1508 Die 14 Nouembris.“

Mgr. *Alexander swenninge* ord. minorum eodem die hic promotus.

Mgr. *Isbrandus de polsbardia* ordinis predicatorum hic promotus.

Mgr. *Andreas Bodens̄teyn* de carlstadt hic promotus Anno 1510 In die Sancti Brixii.

Mgr. *Iohannes Herregoth* de northusen ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini hic promotus anno domini 1511 die vero 15 mensis decembris.

Mgr. *Iohannes de mechilinia* premissae professionis hic promotus anno & die quibus supra.

Mgr. *Iohannes Bethel* de spangenbergek eremitane profes-  
sionis, hic promotus die et anno preinsertis.

Mgr. *Vuenczeslaus Linck* de coldicz Eremitanus religionis Augustinianę, hic promotus die et anno quibus supra.

Mgr. *Martinus Luder* de mansfelth augustinianus hic pro-  
motus anno domini 1512 die vero 19 mensis octobris:

Magister *Tilemannus snabel* eremitanus religionis augsti-  
niane de alsfeldia hic promotus, anno domini 1515 die vero 11  
mensis septemb.

Mgr. *Iohannes Pictoris* de lippia ordinis et voti premisso-  
rum, hic promotus anno et die quibus supra.

Mgr. *Andreas hoffrichter* eciam Augustinianus de mun-  
nenstadt, hic promotus anno et die supra notatis.

Mgr. *Melchior miritz* de dresen augustinianus, hic promo-  
tus anno et die prescriptis.

Mgr. *Petrus Fontinus* minoritanus hic promotus Anno do-  
mini 1518 Die vero 12 Januarij, Estque primus post viginti.

Mgr. *Ioannes Frosch* Carmelitarum Augustę prior hic pro-  
motus Anno domini 1518 Die vero vicesima secunda nouembri.

<sup>1)</sup> Mgr. *Philippus Melanthon* Anno 1519 Tertio decimo  
calend: octobris in Baccalaureum Biblię promotus est, Adjuncto  
sibi socio honoris Mgro. *Iohanne Eisleben*, datis dandis.<sup>2)</sup>

*Hieronymus Matthias* predicatorij ordinis Anno 1519. 4  
Nouemb. pro Baccalaur. Bibl. respondit.

1) Seqq. usque ad a. 1570 a *Paulo Crelio*, ut videtur, scripta sunt.  
2) Adscripta sunt haec: „Sub Decan: Lutheri, Promotore Caristadio.“

*Henricus Greif* Cisterciensis ordi: Zinnensis Ao. 1520  
Die 3 Februarii pro Baccalaur. Bibl.

*Wolphgangus de Elterlein* Hic receptus Ao. 1520 die 6  
Iulii.

*Iohannes Westman* Prior Lippiensis ordi: D. Augustini:  
Ao. 1520 Die post animarum diem pro Baccal: Bibl:

*Iohannes Culzamer* de Babenberga Ao. 1520. feria 6.  
post Martini pro Baccal: Bibl:

*Henricus Zutphaniensis<sup>1)</sup>* Augustinianus feria 6. post  
Epiphania Ao. 1521. pro Baccal: Bibl:

*M. Iohannes Schlahinhauffen* Moraus Vicesima Martii  
Ao. 1521. pro baocal: Bibl:

*Antonius Zimmerman* 18 Martii Ao. 1521. pro Baccal: Bibl:

*Iacobus Furer* Minoritanus Ao. 1521. pro sententiis.

*Iacobus Iperensis* Prior Antuerpiensis die Lunę post  
Ascensi: dñi Ao. 21. Baccal: Bibl:

*Laurentius Nauenhanensis* eodem die et anno promoti.  
Baccal: Bibl:

*Christophorus Hofmannus* Onolzbachus 19 Iulii Ao.  
1521. Baccal: Bibl:

*Iohannes Dolicius* Feldkirchius custos cedis omnium sancto-  
rum die 23 Iulij Ao. 1521. Doctor renunciatus Decano et Promot.  
Carlstadio.

*Tilemannus Plettenerus* 20 Septembr. Ao. 21.

*Guntherus Northusen.* 24. Septembris Ao. 1521. Episcop-  
pus Lochanus.

*D. Iodocus Jonas I. V.* Licentiatus die 24 Septembris Ao.  
1521. pro Licent. et 14. Octobr cum *Tilem: Plettenero* Do-  
ctor creatus.

*Thomas Nouimagius* 4 octobris Ao. 1521. pro Baccal: Bibl:

*Henricus Aurifaber* 12 octobr. Ao. 1521. pro Baccal: Bibl:

*Gottschalkus Kropp* Heruordianus 3. Febr. 1522. Do-  
ctor a *Carlstad*: creatus.

*Gottschalkus Cruse* postridie Galli Ao. 1521. Brunsuicens-  
sis, pro Baccal: Bibl: Doctor 28. Novembr. renunciatus.

*Iohannes Briessmannus* Minoritanus vltima octobr: Ao.  
1521. pro Licent. et 21. Ian. 1522 in Doctor: promotus.

1) Ad marginem leg.: „Martyr.“

*Iacobus Clap* Conuentus Hainensis Prior ord: seruorum beatę virginis Ao. 21. decima quinta Nouembr. Baccal: Bibl:

*Iohannes Wunschalt* ordinis minorum 29. Nouembris Ao. 1521. Baccal: Biblic:

*Iohannes Westermannus* Lippiensis 3. Ianuarii Ao. 1522 formatus, et 3. Febr: Doctor Promot: *Carlstadio*.

*Nicolaus Coci* Tanglimmensis 18 Nouembris Ao. 1522 Theologiae formatus et sententiarius.

**IOHANNES DRACONITES** Carolostatinus Sub decanatu

*Iusti Iona* Ao. 1523 promotus ut et *Iohannes Culsamerus*.

D. *Caspar Glatius* } Ao. 24. sub eiusdem *Ionę* decanatu

D. *Iacobus Oethe* } promoti.

Pastor Northusensis

D. *Ambrosius Moybanus* pastor Wratislaviensis feria 2. post diem Baptisę Ao. 1525. Fuitque Decanus ab hoc anno *Iustus Ionas* toto decennio propter bellum papale.

D. *Casparus Crucigerus* } vna die promoti ad

D. **IOHANNES BVGENHAGIVS** } petitionem principis

D. *Iohannes Aepinus* } Electoris *Iohan*

*Friderici* 17. Iunii Ao. 1533.

*Nicolaus Glossenus* Concionator Reualiensis eodem die et Anno promotus Licentiatus.

D. *Hieronymus Weller* Freibergensis Et

D. *Nicolaus Medlerus* promoti die Exaltatę Crucis Ao. 1535 sub decanatu *Lutheri*.

D. *Iacobus Schenck* et

D. *Philippus Moth* promoti simul 12. octobris Ao. 1536. Decano *Lutheri*. Promotore *Crucigero*.

D. *Petrus Palladius Danus* et D. *Thilemannus N. Licentiatus* Louaniensis promoti simul 6. die Iunii Ao. 37. Decano *Lutheri*. Promotore *Iusto Iona*.

D. *Cyriacus Gerychen* ex Czerbst pastor Bernburgensis die 6 Septembris Ao. 1538. Decano *Lutheri*. Promotore *Iona*.

D. *Ioachimus Morlin* Witteb: 16 Septembris Ao. 1540 promotus a *Lutheri* ipso.

D. *Iohannes Maccabeus Scotus* 9 Februarij Decano presidente et promotore *Lutheri* promotus Ao. 1542.

D. *Henricus Luneburgensis* 11 Iulii Ao. 1542 Promotus

Decano, preside et promotore *Luthero*, vocatus Rostochium ad professionem Theolog:

D. *Johannes Marpachius* Líndoensis die 16. februarij promotus decano et preside D. *Luthero*. Promotore D. *Pomerano*. Ao. 1543.

D. *Hieronymus Nopus* et M. *Fridericus Bachofen* promoti 26 Aprilis Ao. 1543. Decano *Luthero*. Promotore *Crucigero*.

D. *Erasmus Alberus* die vndecima octobris promotus Decano *Luthero*. Promotore *Pomerano*. Ao. 1543.

D. *Theodorus Fabricius* et D. *Stanislaus Lituanus* ornatidie 29 Maii Ao. 1544. Decano *Luthero*. Promotore *Crucigero*.

D. *GEORGIVS MAIOR* et D. *Johannes Faberius* ornati die 18 Decembbris Ao. 1544 Preside et decano *Luthero*, Promotore D. *Pomerano*.

D. *Petrus Hegemon* Francus dñe 17 Septembris promotus Decano et preside *Luthero*. Promotore D. *Maiore* Ao. 45.

D. *MAXIMILIANVS MORLIN* admissus ad gradum Doctorum a D. *Luthero*, Sed post ipsius mortem demum ornatus ac promotus die 15 Martii Ao. 1546. Decano et promotore D. *Crucigero*, Preside *Philippo Melanthone*.

D. *Melchior Isinderus* 10 Nouembris Ao. 1548. Decano

D. *Crucigero*, preside *Philippo*, Promotore D. *Maiore* ornatus.

D. *Johannes Forsterus* Augustanus huc vocatus post mortem *Crucigeri* Et in collegium receptus Ao. 1549.

D. *Johannes Aurifaber* Vratislauiensis 26 Iunij Ao. 1550 ornatus. Decano D. *Ioanne Bugenhagio*, preside D. *Philippo*, promotore D. *Maiore*.

D. *Georgius Venetus* Prutenus, vir nobilis, ornatus 2 Octobris Ao. 1550 Decano D. *Bugenhagio*. Preside D. *Philippo*. Promotore D. *Forstero*.

D. *Tilemannus Heshusius* Wesaliensis dñe Maii 16. Ao. 1553 Decano D. *Bugenhagio*. Preside D. *Philippo*. Promotore D. *Maiore*.

D. *Henricus Sthenius* Munderus ornatus die 28. Februario Decano D. *Bugenhagio*. Preside D. *Philippo*. Promotore D. *Maiore*. Ao. 1554.

D. *Georgius Aemylius* Mansfeldensis

D. *Simon Musæus*

D. *Petrus Praetorius* Cotbusianus promoti vna die

octauo Maii Ao. 1554. Decanq D. *Bugenhagio*. Pr̄eside D. *Philippo*. Promotore D. *Forsterio*.

D. *Paulus ab Eitzen* Hamburgensis Ornatus gradu Doctorum die 27 Maii Ao. 1556. Decano D. *Bugenhagio*. Pr̄eside *Philippo*. Promotore D. *Maiore*.

D. *Cunradus Becker* Brusavicensis ornatus 5 Nouembris Ao. 1556. Decano D. *Bugenhagio* Pr̄eside D. *Philippo*. Promotore D. *Maiore*.

D. *PAVLVS EBERVS* Kittzingensis

*Cymbrius Erasmus Letus Danus*

D. *Iohannes Cogelerus* Quedlinb:

D. *Paulus Crellius* Islebiensis ornati simul die 7 Decembris Ao. 1559 Pr̄eside D. *Philippo*, Decano et Promotore D. *Maiore*.

D. *DAVID Voyt* ornatus Ao. 1560. die 19 Martij Decano D. *Georgio Maiore*, Pr̄eside D. *Philippo*. Promotore D. *Ebero*.

D. *Caspar Cruciger* Iunior Respondit pro Licentia in Theologia Ao. 1561. Die XVI. Maij. Decano D. *Georgio Maiore*. Pr̄eside D. *Ebero* ornatus gradu Doctorum cum sequentibus viris Reuerendis Ao. 1570 die 11 Maij Decano et promotore D. *Maiore*:

D. *Henricus Moller* Hamburgensis

D. *Fridericus Widebramus Peniculus*

D. *Nicolaus Selneccerus*

D. *Christophorus Pecelius*

D. *Iohannes Bugenhagius*

Ornati et renunciati sunt Doctores Theologiae Decano, Pr̄eside et promotore D. *Georgio Maiore*. Ao. 1570 die vndecima Maii.

Anno 1685. sub eodem Decanatu, Praeside Venerando Dn. Seniore D. *Abraham Calovio* M. *Henricus Toepferus* Weruigerodens. Saxo, vocatus Concionator Aulicus Illustriss. Comitis ac Domini Dn. *Ernesti* Comitis Stolbergensis etc. et Ecclesiastici Consistorii Adssessor d. 26. et 27. Ianuarii contra *Theod. Hackspanii* tractatum abdicator, quantopere a libris symbolicis deficiat, publice disputavit, et sequenti die post examen rigorosum in Consensu Dn. Collegarum omnium communibus suffragiis Licentiatu dignitatem adeptus est.

Anno 1685 Decano D. *Io. Friderico Mayero* Prof. Ord.  
sub Praesidio Dn. D. *Io. Andreae Quenstedii* S. Theol. Prof.  
et Templi OO. SS. Praepositi M. *Samuel Schelvgigius* S. Theol.  
Prof. Templi ad SS. Trinit. Pastor et Ath. Rector in Ecclesia et  
Schola Gedanensi d. 7. Maii solenniter de Certamin. tempore F.  
C. theol. disputavit et sequenti die, postquam in examine rigoroso  
eruditionem suam Facult. Assessoribus probasset, in aedibus Decani  
Licentiatus Theologie renunciatus est.

Anno eodem sub eodem quoque Decanatu M. *Ieremias a Sutphen* Dresd. Ecclesiae Grimmensis pastor et vicinarum Superintendens sub praesidio Dn. D. *Iohannis Deutschmanni* P. P. et Al. Elect. Ephori primarii solenni examini Triadosophiam ex Num. VI. Subjecit d. 11. Iunii et sequenti die praevio rigoroso examine unanimi Patrum suffragio Licentiam ad gradum Doctoratus consecutus est.

Anno 1685. 25. Iunii Rectore Dn. D. *Gotofredo Strauchio*

I<sup>o</sup>cto Antecessore et Pot. Sax. Elect. a Consilis appellat. Pro- Cancellario D. *Io. Frid. Mayero* P. P. Promotore Dn. D. *Io. Andrea Qvenstedio* P.P. Doctores Theologi solenniter renunciati sunt

Dn. *L. Samuel Schelvgivius* Prof. Theol. Ath. Gedan. Re- rector et Aedis ad SS. Trinit. Pastor.

Dn. *L. Ieremias a Sütphen* Ecclesiae Grimmensis Pastor et vicinarum Superintendens.

Anno 1686. Pro- Decano D. *Io. Frid. Mayero* P. P. 25 Februarii, eo die, quo heu Summus *Calovius* quod mortale habuit, depositus, Praeside quoque *Mayero M. Christian-Hoffkuntz* Sagano Silesius Ecclesiae Torgaviensis Pastor et vicinarum Su- perintendens de Lutherismo Chrysostomi publice disputavit et Seq. die, postquam examen rigorosum sustinuisse, unanimi con- sensu Licentiati Theologiae axiomata accepit.

Anno Eod. Decano D. *Ioh. Deutschmann* et Praeside Dn. *M. Gottlieb Eckstein* Chemnicio- Misnicus, haec tenus Fac. Phil. Adj., nunc Paedagogii Regii Stetinensis Professor Theol. et Hebr. linguae, ut et ad D. Mariae Templ. Archidiaconus, de Theologiae Biblicae Natura d. 29. Novembr. publice disputavit et seqq. die praesentibus omnibus Dominis Collegis in Theologiae Licentiatum a Decano renunciatus est.

Anno 1687. Decano Dn. D. *Iohanne Andrea Qvenstedt* et sub eius Praesidio Dn. *Michael Waltherus*, hucusque Mathem. Super. in hac Academia Prof. Publ. nunc vocatus SS. Theol. Prof. Ordinarius de Paulina Petri increpatione Gal. II. D. XI. Augusti disputavit et die seqq. in Theol. Lic. solenniter a Decano renun- ciatus.

Anno 1687. ProDecano Dn. D. *Io. Andrea Qvenstedt* sub Rectoratu Dn. D. *Michaelis Sennerti* Medic. P. P. et Colle- gii sui Senioris et Promotore ipso Décano D. *Iohanne Deutsch- mann* d. 15. Decemb. in Templo arcis publice renunciati sunt Theologiae Doctores:

Dn. Lic. *Michael Waltherus*, hactenus Mathematum P. P., nunc vocatus SS. Theol. Prof. Publ. Ordinarius et Alumn. Elector. Ephorus.

Dn. *Christianus Hoffkuntz* SS. Theol. Lic. et Pastor at- que Superintendens Torgaviensis.

Ao. 1689. Decano D. *Iohanne Deutschmanns* sub praesid.  
Dn. D. *Caspari Lōschero* Superintendentis generalis pro Licent.  
d. 5. Sept. de Funere Papatui parato disputavit Dn. M. *Iohannes Conradus Sittig* SS. Theol. Lic. et nunc Pastor et Superintend.  
Pegaviensis et seq. die post Examen in Theol. Licent. renunciatus est.

Anno et Decano eodem die 10. Octobr. sub eiusd. praesidio de Primo Theol. Prof. Adamo ex Gen. III. pro Licentia disputavit Dn. M. *Caspar Henricus Graun*, Serenissimi Principis Dn. *Iohannis Ludovici* Anhaltino- Dornburg. Concionator Aulic., et seqq. die consentientibus suffragiis Licent. Gradum consecutus.

---

Anno 1690. d. 7. Octobr. Decano et Praeside D. *Michaele Walthero* de Dissimilitudine Ortus nostri et Christi hominis disputavit publice M. *Ioh. David Schwerdtnerus* Lipsiensis, Ecclesiae Torgaviensis Archidiaconus et die 8. eiusdem mensis SS. Theol. Licentiatus solenniter renunciatus est.

Ao. 1691. d. 11. Nov. sub Decanatu et Praesidio D. *Iohannes Deutschmann* pro Licentia de vita spirituali Adami ex Gen. III. 20. publice disputavit *Christianus Wittegius*, Lector antea Lipsiensis, nunc Ienensis, literis commendaticiis Sereniss. et Reverendis. Dn. Dn. *Christiani Administ. Episc. Martisb.* instructus, et in Consessu Collegii post Examen Licentiati Gradum consecutus est.

Anno 1691. sub eodem Decano Praes. Dn. D. *Casparo Lōschero* Superint. Gener. de Traditionibus Papist. disputavit Dn. *Fridericus Fabricius* Stetinensis ad D. Nicolai in Patria Pastor et Ministerii Consenior d. 19. Febr. et post Examen rigorosum in Conventu Collegii d. 20. consentientibus suffragiis Licentiam Doctoralem accepit.

Die XXVI. febr. Rectore Dn. D. *Michaele Walthero* sub eodem Decano, Promotore Dn. D. *Casparo Lōschero* IV. Theologiae Licentiati solenniter in Doctores renunciati

Dn. L. *Iohannes Georgius Meinerus* Pastor Schmiedeb. et Ephor. Kemb. Adj. atque Pastor, ut et Praepositus Schlibensis designatus.

Dn. *Iohannes Conradus Sittig* Ecclesiae Pegaviensis Pastor et vicin. Superintendens.

Dn. L. *Casparus Henricus Graun*, Sereniss. Princip. Anhaltino- Servestano- Dornburgensis Coneionator Aulicus et Confessionarius.

Dn. Lic. *Fridericus Fabricius* in Ecclesia Patria Pastor ad D. Nicolai totiusq. Ministerii Consenior, primus et ultimus praesentes, duo medii fuerunt absentes.

Anno 1692. Decano Dn. D. *Caspere Loeschero* Generali Superint. Praeside D. *Iohanne Deutschmann* pro Lic. disputavit Dn. M. *Gerhardus Meier* Hamburgensis, hactenus Fac. Phil. Adi. nunc in Gymnasio Patrio Logic. et Metaphys. Prof. Publ. d. 26. April. de Pentecostali Pneumatologia Paradisiaca et die seqq. post Examen rigorosum in Theologiae Licent. renunciatus est.

Ann. Eod. Decano D. *Iohanne Deutschmann* Praeside Dn. D. *Caspere Löschero* Superint. Gener. pro Lic. disputavit Dn. M. *Iohannes Georgius Neumann*, hactenus Poeseos in hac Acad. Prof. Publ. et Academiae Bibliothecarius, nunc SS. Theol. Prof. Ordinarius de Fide viva et mortua d. et sequenti die post Examen Licentiatu gradum consentientibus suffragiis consecutus est.

Eod. Anno et Decano, ipsometque Praeside pro Licentia de Theologia Maioris in Minore ex Gen. XXXII. disputavit M. *Iohannes Mullerus* Pastor et Superintendentens Ienensis, die et post Examen rigorosum in conventu consentientibus suffragiis in Theologiae Licentiatum renunciatus est.

Eod. anno et Decano Praeside Dn. D. *Caspere Löschero* Superintendent Generali de Fidei vita et morte ex Iacob. II. pro Licentia disputavit Dn. M. *Adam Herold* Dresdensis, hactenus Ecclesiae Hertzberg. Pastor et Superintendentens, nunc vocatus Pastor et Superintendentens Ilenburgensis d. Sept. et ipso festo Michaelis post Examen consuetum ex Collegii Consensu Licentiatu titulum et honores adeptus est.

Eod. anno et Decano, ut et Praeside de Regno Dei Benedicto ex Num. VI. 24. pro Licentia die Sept. publice disputavit Dn. M. *Nathanael Falck* Gedano Prussus, hactenus Adjunct. et p. t. Coll. Phil. Decanus, nunc vocatus apud Stetinenses ad D. Mariae Pastor, Praepositus et in Gymnas. Carol. Prof. Theol. Primarius et post Examen rigorosum titulum et privilegia Licentiatorum ex suffragiis Dn. Collegarum impetravit.

Eod. Anno, Decano et Praeside pro Licentia de Triadosophia

orat. ex Orat. Dominica publice disputavit Dn. M. *Christophorus Schraderus* hactenus Concionator Aulicus Hallensis et Sereniss. Elect. Brandenburg. per Ducatum Magdeburg. Consiliarius Consistorialis, nunc designatus Pastor et Superint. Dresdensis et Protosynedrii Assessor die Octobr.

Eod. anno et Decano, praeside Dn. D. *Iohanne Georgio Neumann* pro Licentia publice disputavit Dn. M. *Ioachimus Weickmann*, Pastor Schmiedebergensis et Ephoriae Kemberg. Adjunct. ex Col: 2. et die 16. post Examen rigorosum in Theologiae Licentiatum renupciatus.

Eodem anno et Decanatu die XI. Octob. Rectore Dn. *Georg Casp. Kirchmayero*, Acad. Sen. et Eloq. Professore, ProDecano Dn. D. *Casparo Loeschero* Superint. Generali, Promotore ipso Decano *Iohanne Deutschmann* sen. per Dei Gratiam Aula Doctoralis instituta et in publica panegyri quinque Licentiati Theol.

Dn. I. *Christophorus Schraderus* Hallensis } antea  
Dn. L. *Iohannes Georgius Neumannus* Beltzigenensis } laudați  
Dn. *Iohann. David Schwerinerus* Lipsensis, Ecclesiae Torgauensis hactenus Archidiaconus et Ephoriae Adj., nunc a. designatus Pastor et Superintendentens Hertzbergensis et vicinarum Inspector.

Dn. Lic. *Nathanael Falck* Gedanensis } iam ante pariter  
Prussus etc. } nominati  
Dn. Lic. *Adamus Herold* Dresdensis etc. }  
solenniter in Doctores Theologiei proclamati sunt, quibus Deus noster in omnibus honoribus et laboribus, consiliis et boni publici subsidiis, in exoptatis successibus et expectatis eventibus caelitus, propter Christum, benedicat.

Anno 1694 Decano D. *Iohanne Deutschmann* disputavit pro Licentia Dn. M. *Georg. David Ziegra*, Phil. Adj. Pastor Schmiedeberg. sub praesidio Dn. D. *Philippi Ludovici Hanckenii* de Repraesentatione Dei et die sequenti post Examen rigorosum in Consessu Collegii SS. Theol. Licentiatus est creatus.

Anno Eodem sub eodem Decanatu. disputavit Dn. M. *Iohan. Gottlob Stoltze*, hactenus Fac. Phil. Adi. nunc vocatus Pastor Waldburgensis, vicinarum Eccles. Superintendentens et Consist. Assessor, sub praesidio Decani de Mataeologia modernorum fanatico-

rum d. 11. Iunii, et seq. die post Examen rigorosum solennibus ritibus Licentiaturam accepit.

Anno Eodem sub eodem Decanatu sub praesidio Dn. D. *Iohann. Georgii Neumann* de Chiliasmo subtilissime d. 6. Iulii disputavit Dn. M. *Johann. Georg. Reiserus*, Rector Gymnasii Regii Stetinens. et Prof. Primarius, et postea die seq. post Examen rigorosum per Dei gratiam Licentiatus renunciatus.

Anno Eod. sub hoc Decanatu sub praesidio Decani M. *Johann. Christian Adami* de Symbolo Apostolico Adami Protoplasti d. 10. Iulii disputavit et seq. die post Examen consuetum in Conventu Collegii Licentiam accepit.

Anno Eod. sub hoc ipso Decanatu sub praesidio Dn. D. *Caspary Loescheri* Superintendentis Generalis de Consensu Orthodoxorum in Artic. de Deo et Christo d. 23. Iul. disputavit Dn. M. *Hieronymus Dathe*, hactenus Phil. Fac. Adj. nunc designatus Pastor et Praepositus Kembergensis, et seq. die post rigorosum Examen in Conventu Licentiam Theol. adeptus est.

Anno Eod. d. XXVI. Iulii sub hoc Decanatu Promotore Domino Generali Superint. D.D. *Casparo Lüscher* per Dei gratiam 4 Licentiati renunciati sunt publicis ceremoniis in Doctores Theologiae

Dn. Lic. *Christianus Andreas Siberus*, Pastor Tennstedtensis et Elector. Ecclesiarum per Dioeceses Weissenseensem, Sangerhusanam et Langensaltzensem Superintendentens.

Dn. *Ioachim Weickmann* SS. Theol. L. Sereniss. Princ. Anhaltino- Servestani Concionator Aulicus Primarius, Confessionarius et Consiliarius Ecclesiasticus atq. Superintendentens.

Dn. *Johannes Georgius Roeserus* Lic. Gymnasii Carolini Stetinensis Rector, Ejusdemque Profess. Primarius.

Dn. Lic. *Hieronymus Dathe* hactenus Fac. Phil. Adj. et Pastor atque Praepositus modo Kembergensis designatus, quorum honoribus Deus in altis benedicit.

---

Not. Cum omissi supra nonnulli Licentiati fuerint, aequum fuit visum, ut hic extra ordinem adderentur.

Anno 1691. d. 7. Iulii Decano D. *Casp. Loeschero* pro Licentia sub Praesidio Domini D. *Deutschmanni* disputavit M. *Christianus Andreas Siberus* Scandaviensis Misnicus, Pastor

Hohensteinensis et die seq. 8. post examen rigorosum solenniter Licentiatus renunciatus est.

Anno 1692. d. 24. April. Prodecano eodem *Loeschero* M. *Gerhardus Mejer*, Professor in Gymnasio Hamburgensi, sub Praesidio Dn. D. *Deutschmanni* disputans, sequenti die ac post exactum examen renunciatus est Licentiatus solenniter.

Anno 1693. 6. April. Decano D. *Casp. Loeschero* eodemq. praeside disputavit M. *Christophorus Christianus Haendelius*, Pastor et Decanus Hydropolitanus, de Visionibus et die 7. ejusd. Licentiatus solenni ritu est factus.

Anno 1695 XII. Martii sub Decanatu D. C. *Loescheri* prae-side Dn. Doct. *Hannekenio* de Amore Dei in Iudam disputavit M. *Christophorus Samuel Martini*, Pastor et Superint. Liben-werdensis et sequenti die XIII. finito examine rigoroso Licentia-tus solenniter dictus est.

Ao. 1696. per Dei gratiam sub felicissimi et exoptatiss. au-spicii Nati d. 7. Octobr. Spei Sacra, praecedente Fide d. 6. Prin-cipis ProElectoris (cui Fausta quaelibet caelitus apprecamur) Aula Doctoralis d. 8. Mensis huius sub grata primae Reformationis re-cordatione, et Rectore Magnifico Dn. *Christiano Rohrensee*, Prof. Pract. Phil., Promotore Dn. D. *Philippo Ludovico Hane-kenio*, ProCancellario D. *Lohann Deutschmann* Prof. primario Dn. L. *Christophorus Christianus Händel*, Sereniss. March. Onolsbac. Consiliarins Ecclesiasticus et ad D. Gumperti Pastor et Antistes, nec non Dn. L. *Christophorus Samuel Martini*, Pa-stor et Superint. Liebenwerd., gradu summo Doctoratus in Theolo-gia condecorati, quorum consiliis et laboribus Deus ex alto be-ne-dicat.

Anno Eod. sub hoc Decanatu die XIII. Octob. Dn. M. *Henri-cus Tietzmann* hactenus Fac. Phil. Adj. nunc vocatus Pastor et Superint. Greussensis, ut et Consistorii Sondershusani Adsessor, sub praesidio Decani de Christo Holosotere contra semisalvatorem Spenerianum disputavit et sequenti die XIV. post rigorosum ex-a-men solenni ritu Licentiatus renunciatus. Sit felix Mensis Reforma-tionis Colleg. . .

Anno Christi 1697. XIX. Febr. renunciatus a me D. *Casp. Loeschero*, tunc Decano, ex Consensu Collegii est SS. Theol. Licentiatus Dn. M. *Ioh. Henricus Feüstking*, Holsatus, Phil.

Adj. vocatus Pastor et Superint. Lessensis. Disputavit sub Dn. D. Neumanno de Reformatismo contra D. Spenerum.

Anno eodem sub Decanatu Dn. D. Philip. Ludov. Hanekeii pro Licentia disputavit Dn. M. Christianus Lehmann, Pastor et Superint. Freiberg., die XXX. Sept. sub Praesid. D. Iohannis Deutschmans Senioris de Commentario seminis mulieris Subiecti Protevangelii ex Gen. 4. 1. et seq. die suffragiis omnium in Conventu Honores Licentiaturae consecutus est.

Anno 1698 d. 27. Sept. Decano D. Ioh. Deutschmann pro Licentia disputavit Dn. M. Christianus Gotthilff Blumberg Obhusa Thuringus, Pastor Radebergensis et Inspector scholae, de Iustificatione contra Pietistas. Praes. Dn. D. Iohan. Georg. Neumanno, et 28. Sept. praesentibus Theologis Licentiatus Theologiae renunciatus.

Anno Eod. d. 4. Octob. sub Eodem Decano pro Licentia disputavit Dn. M. Georgius Christianus Eilmarus Mulhusa Thuringus, Pastor et Superint. Heldrungensis, sub Praes. Dn. Superint. Generalis Dn. D. Casp. Lüscheri de Orthodox. Consens. in Articulo de Christo et seq. d. 5. votis omnium Theologiae Licentiatus est creatus.

Ann. Eod. sub hoc Decanatu d. 6. Octobr. quae fidei sacra, renunciati sunt ex divina gratia et benedictione Doctores Octo Theol.:

Dn. L. Iohann. Henricus Melissander, alias Acker, Numburgensis, Pastor in Gleicha, Blanckenhein. et Cranichfeldensis Superint. et utriusque Consistorii Assessor Primarius.

Dn. L. Iacobus Wächtler Pastor et Superintendentens Beltzengensis.

Dn. L. Iohannes Volckmarus Hamburg. Ecclesiae Patriae ad D. Catharinae Pastor et Scholarcha.

Dn. L. Gerhardus Meier, hactenus Gymnasii Hamburg. Prof. Log. et Metaph. Publicus et p. t. Rector, nunc vocatus Pastor Quedlinb. ad D. Benedicti, Ecclesiarum et Scholarum Superint. et Consistorialis.

Dn. L. Ioh. Henricus Feustking, Ecclesiae Lessenensis Pastor et Superint.

Dn. L. Christianus Lehmann, Pastor et Superintendentens Freibergensis.

Dn. L. *Christianus Gotthilff Blumberg*, Eccles. Radeberg.  
Pastor et Inspector Scholae.

Dn. L. *Georgius Christianus Eilmar*, Pastor et Superint.  
Heldrungens.

quibus Deus ex alto copiosissime benedicat, et cum Exemplum simile Doctoralis Octoviratus Wittebergae neque visum neque auditum sit, quod hisce calamitosissimis temporibus caelitus gratiosissime nobis viventibus et in collegio Theologico laborantibus datum sit, illud gratitudine mentis semper admirabimur, gratitudine linguae duplae confitebimur, et gratitudine vitae vel cultus indesinenter venerabimur! Deo tibi sit Laus, Honor et Gloria, qui nos porro jubeat et faciat esse vasa Gratiae et Misericordiae! Amen!

---

Anno Christi 1698. XV. Novembr. sub Decani D. *Loeschero* praesidio disputavit pro licentia M. *Valentinus Ernestus Löschero*, Fac. Phil. Adjunctus, designatus Pastor primarius et Superintendens Iütterbogensis, et seqventi die XVI. Nov. post examen rigorosum ab eod. in consessu reliquorum Theologorum SS. Theologiae Licentiatus more consveto renunciatus est.

Anno O. R. 1699. disputavit 13. Febr. praeside Dn. D. *Hannekenio* aegroto, cuius vices Dom. D. *Neumannus* subiit, M. *Iohannes Ioachimus Thömecken*, Pastor in Lausig et Ephoriae Coldicensis Adjunctus, qui die postero XIV. febr. examinatus et a Decano D. *Loeschero* examine finito SS. Theol. Licentiatus proclamatus est.

Not. Supra omissi sunt tres sequentes, quos hic addere placuit:  
Mag. *Albertus Ephraim Hempelius*, Pastor in Nordhausen,  
disputavit sub D. *Loeschero* et renunciatus est Licentiatus  
Theol. XXVIII. Iul. 1697.

M. *Andreas Töpfferus*, vocatus Pastor et Súp. Baruthanus,  
disp. sub Dn. D. *Hannekenio* et 16. Sept. 1697 Licentiatus  
Theol. proclamatus est.

M. *Christianus Lehmann*, Superint. Freibergensis, disputavit sub Dn. D. *Deutachmanno* et d. 2. Octobr. 1697, ut 2. antecedentes a Decano, qui. . . . Dn. D. *Hannekenii* SS. Theologiae Licentiatus promulgatus est.

Anno O. R. 1699. XIII. April. disputavit pro Licentia Dn. *Theodorus Dassoviuss* Hamburgensis, hactenus Prof. Lingu. orient. ap. nos, iam v. vocatus Pastor primarius, ut et SS. Theol. et lingu.

or. Professor in Acad. et Eccles. Kiloniens. Praesidem habuit Dn. D. *Hannekenium*; sequenti die XIV. April. a Decano D. *Loescher*, postquam eius examen subiit, SS. Th. Lic. renunciatus est.

Anno Iubilaeo CIC XC CC.

Decano et Praeside D. *Io. Georg. Neumanno* PP. de Nexu donorum gratiae publice disputavit Dn. *Gottlieb Wernsdorfius*, Prof. Theol. extraord. et Fac. Phil. Adjunctus. Monendum tamen, quod adhuc disputavit d. XIX. Dec. Anni CIC XCIX. Licentiatus Theol. renunciatus fuerit d. XXI. ejusd.; doctor vero ipso hoc Anno Iubilaeo evaserit.

Eodem Decano et Praeside die XIII. Februarii de Termine salutis humanae peremptorio disputavit et postridie Licentiatus Theologiae ex consensu Collegii renunciatus fuit Dn. M. *Georg. Sigismund. Greenig*, Eccl. Luccaviensis Archidiaconus.

Eodem Decano, sub praesidio Dn. D. *Deutschmanni* Ord. Theol. Senioris de Peccato Originis disputavit die XVI. Febr. et die insequenti in Conventu Theologorum Licentiatu dignitatem obtinuit Dn. *Io. Steinmez*, Ecclesiae Longowisanae Pastor.

Eodem decano, sub Praesidio D. D. *Deutschmanni* Sen. Vener. die XX. April. publice Harmoniam Harmoniarum ex Mose defendit Dn. *Io. Baptista Roeschelius*, Philos. Naturalis Prof. P. et h. t. Decanus, et sequenti die ex suffragiis Collegii Honores Licentiatu consecutus est.

Eodem adhuc Decano d. XXII. Aprilis Rectore Magnifico Dn. D. *Joh. Gottfrido Bergero*, Fac. Med. Seniore, et Promotore Dn. D. *Deutschmanno* Ord. Theol. Seniore V. Doctores Theologiae renunciati sunt, hoc ordine:

Dn. L. *Io. Baptista Roeschelius*, Phil. Naturalis Pr. P. et h. t. decanus.

Dn. L. *Io. Gottlieb Stolzius*, Pastor Waldenburgensis vicinarumque Eccles. Superintendens et Consist. Assessor.

Dn. L. *Io. Christianus Adami*, Eccles. Luccaviensis Pastor primarius vicinarumque et Lycei Inspector.

Dn. L. *Valent. Ernest. Loescherus*, Ecclesiae Interbocensis Pastor Primarius vicinarumque Superintendens.

Dn. L. *Gottlieb Wernsdorfius*, SS. Theol. Prof. P. Extraord. et Fac. Phil. Adjunctus.

Deo sit laus honor et gloria!!

Anno Eod. sub Decanatu D. *Iohannis Deutschmannus* Senioris, sub Praesid. Dn. General. Superint. D. *Caspari Loescherti* de Arbore scientiae boni et mali pro Licentia disputavit d. 26. Iulii Dn. M. *Carolus Andreas Redelus* Halensis Saxo, Pastor et Superint. Pegav. et postero die 27. post Examen rigorosum Licentiam summorum honorum unanimi suffragio consecutus.

Eod. sub Decan. Praes. Dn. D. *Iohanne Neumanno* de Termino salutis peremptorio publice pro Lic. disputavit Dn. M. *Iohannes Avenarius Zypsendorfio* Cicensis, Pastor et Superintend. Plaviensis, die 13. Oct. posteroque die in consessu Collegii consentientibus omnibus Licentiam adeptus est.

Sub Eod. Decan. Praes. Dn. *Philippi Ludov. Hanekenio* de incessante diuina Gratia d. 11. Octob. publice pro Licent. disputavit Dn. *David Andreas Teuerlein*, Pastor Primarius Coloviensis Ecclesiae in Lusatia inferiori, dieque 14. post Examen consuetum Licentiati gradum ex unanimitate votorum obtinuit.

---

Anno 1700.

Sub Decanatu D. *Casp. Loescherti*, praeside Domino D. *Ioh. Deutschmanno* de Jubilaeo Apostolico publice disputavit 6. Decemb. M. *Christianus Ernestus Mussigk*, qui sequenti 7 die a Collegio examinatus est eique post examen honores Licentiati Theologiae a Decano collati sunt.

Eod. Anno 1700,

Die 10. Decemb. publice a Decano D. *Casp. Loeschero* et Prodecano siue Cancellario Dn. D. *Ioh. Deutschmanno* more solenni Doctores Theol. renunciati sunt:

Dn. L. *Carolus Andreas Redelius* Halensis Saxo, Eccl. Pegaviens. Pastor et vicinarum Superintendens.

Dn. L. *Iohannes Avenarius*, Zypsendorffio Zicensis, Pastor et Superintendens Plaviensis.

Dn. L. *David Andreas Teuerlein* Altenb. Misnicus, Pastor Colouiensis in inf. Lusatia, et

Dn. L. *Christianus Ernestus Mussigk* Lubena Lusatus, Fac. Phil. Adjunctus.

Quibus singulis deus honores illos velit esse felicissimos! Celebratus hic Doctoratus est sub Rectoratu Dn. D. *Hanekenii* et prandium uno tum (?) die datum.

---

Anno Iubilaeo Academico 1702 sub Decanatu D. *Io. Georg. Neumannii*, Praeside Dn. D. *Hannekenio* d. 7. Martij ex Theologia Remonstrantium disputavit Dn. M. *Io. Andr. Schroenius*, Superint. Helderungensis, et in sequenti die examinatus et Theologiae Licentiatus renunciatus est.

Praeside Dn. D. *Deutschmanno* d. 11. Aprilis de primis Paradisi Iubilaeis disputavit Dn. M. *Andreas Kunadus*, Past. et Prof. Servestanus, et postero die peracto examine eisdem honores reportavit.

Praeside Dn. D. *Loeschera* die 25. Aprilis de Nomine Regenerationis disputavit Dn. M. *Io. Casparus Haferung*, Pastor Greussenensis et Ephoriae Sondershusanae Adjunctus; idemque sequenti die examinatus et Licentiatus Theologiae declaratus fuit.

Deo sit laus et gloria!

Anno 1702 eodemque adhuc Iubilaeo Academiae sub Decanatu Dn. D. *Iohannis Deutschmanni*, Praeside D. *I. G. Neumanno* de Peccato sub spe veniae commisso die 29. Iunii disputavit Dn. M. *Florianus Klepperbein*, hactenus Scholae Ieveranae Rector, nunc vero Consiliarius Eccles. Servesta- Anhaltinus, Iever. Eccles. Superintendens et Pastor primarius designatus, idemque sequenti die examinatus et Licentiati titulo condecoratus fuit.

---

Anno 1702. XIX. Octobr. sub Decanatu D. *C. Loescheri* in solenni Iubilaeo publice et non sine pompa in Templo Academico, praesentibus Legatis et delegatis a S. Rev. Domino Doctore *Hannekenio*, Promotore, Doctores Theologiae renunciati sunt 7 Licentiati:

1. Dn. *Gottlieb Eckstein*, LL. OO. et S. Theologiae in Gymnasio Stetinensis Prof. ordinarius, ut et ad Templum M. Virginis Archidiaconus.
2. *Heinricus Tietzmann*, Pastor ad D. Gumperti in Anspach.
3. Dn. *Sigismundus Richter*, Pastor Radebergensis et Adj. Ephor. Dresd.
4. Dn. *Iohannes Andreas Schröen*, Pastor et Superint. Helderungensis.
5. *Andreas Kunad*, Pastor Servestanus ad S. Trinit. et Professor Gymnasii.
6. *Florianus Klepperbein*, Pastor, Superintendens et Consiliarius Ieveranus.

7. *Christophorus Barfknecht*, Pastor Ecclesiae Belgardiensis et Eccles. vicinarum Praepositus.

Et his novis Doctoribus et nobis singulis et omnibus Deus Triunus benedicat nunc et in sempiterna Secula p. Iesum Salvatorem nostrum!

---

Sub Decanatu Dn. D. *Deutschmanni* disputavit pro Licentia M. *Abrahamus Pilz*, Pastor et Superintendens Grimmenis, praeside D. *Loeschero*. Mense Mayo 1704.

Sub Decanatu D. *Loeschero* pro Licentia disputavit praeside D. *Hannekenio M. Iohann Hieronymus de Wedig*, Archidiaconus Wittembergensis 21 April. 1705. renunciatus est d. XXII April. eiusd. anni.

---

Sub Prodecanatu D. *Neumannii* pro Gradu disputavit M. *Christ. Henr. Zeibichius*, Môelbisio Misnicus, Pastor et Superint. Baruthinus d. 12. Oct. 1706. et renunciatus d. 13. ejusd. solenniter fuit.

Sub eodem Prodecanatu et ipsis Svecicae invasionis turbis ea Facultati nostrae gratia Dei illuxit, ut M. *Petrus Malmbergius* Ludermannia- Svecus, Regiae Majestati Svecicae a Confessionibus et concionibus primariis, Consistorii Aulico- Campestris Praeses et Symystarum campestrium Superintendens, postea quam se praesentem stetisset d. 21. Oct. 1706. alteroque die ad colloquium Theologicum se obtulisset, ex-decreto Academiae et totius Collegii consensu SS. Theologiae Licentiatus crearetur. Disput. solennem, ceteraque ἀσκήσαται alioquin preniitti solita cum recusasset hic Candidatus, Facultas hoc turbido rerum statu Viro bene merito eadem indulxit. Programma tamen a me Prodecano in honorem ejus confectum; ipsa vero Renunciatio Vener. Seniori Dn. D. *Loeschero* iam Decano, ordinis servandi ergo, relictam.

---

A Decano *Casp. Loeschero* D. 1706. XIV. Nov. SS. Theol. Licentiatus legitime renunciatus est M. *Gottlob Timaeus*, Pastor et Super. Gomeranus, postquam omnia, quae praestanda erant, praestiterat publicoque sub Dn. D. *Wernsdorffio* disputaverat et a singulis (?) Fac. nostrae membris examinatus esset.

Eodem mense die XXX. proclamatus est Doctor Theol. Lic. *Malmbergius* in aedibus Dn. ProRect. D. *Neumannii*, Decanus

*C. Loescherus* Programma exaravit et Promotore Dn. D. *Neumanno* ut Procancellarius facultatem renunciandi tribuit. Factum id ob militem Suecum est, nec in exemplum trahendum.

Anno Christi 1706. Dn. *Ernestus Salomo Cyprianus* Gymnasii Coburgensis Director et Prof. Theol. pro Licentia disputavit XVIII. Decembr. sub praesidio Dn. D. *Casp. Loesch.* ex Gal. III. 19. de Legis termino et die seq. XIX. Dec. examinatus et ab eodem praeside, tunc Decano, Licentiatus Theologiae renunciatus est.

A. R. S. 1707. promoti sunt XXVIII. April. V. Doctores Theologiae

1. *Andreas Töpferus* Wernigeroda Saxo, Superintend. Gen. in inferiori Lusatia, Pastor in Lubben et Consistorii assessor.
2. *Georgius Sigism. Greenius*, Pastor et Sup. Chemnicensis.
3. *Iohannes Bosseck*, Pastor ac Ephorus Herzbergensis.
4. *Abrahamus Pieltzius*, Pastor et Superint. Grimmensis.
5. *Ernestus Salomo Cyprianus*, Gymnasii Coburg. Director et in eod. Prof. Theol. publicus.

Decanus et Procancellarius in hoc aderat D. *Casp. Loescher*, Sup. General., Promotor Dn. *Joh. Georg. Neumannus* D. et eodem tempore Acad. ProRector. Fxit Deus, ut promotio haec Ecclesiae et nobis salutaris sit.

A. 1708. sub Decanatu D. *Valentini Ernesti Loescheri* die VI. Septembris pro Licentia disputavit eodem Praeside D. *Christianus Christophorus Schulenburgius*, ex generosa Schulenburgiorum gente, de Periodis et conversionibus Hierarchiae Eccles. idemque sequenti die post Examen Theologiae Licentiatus renunciatus est.

A. 1709. sub Decanatu D. *Casp. Loescheri*, die XV. April. disputavit pro Licentia, praeside me decano M. *Godofredus Schumannus*, Pastor et Superint. Zahnenensis de hypomnematibus symbolicis, sequenti XVI. April. est examinatus et renunciatus Licentiatus.

Anno eodem sub ejusd. dec. decanatu die XXII. April. disputavit pro Licentia, praeside D. *Joh. G. Neumanno*, de Fide aliena M. *Henricus Pippengius*, hactenus Lipsiensis Ecclesiae Minister, iam vocatus Concionator aulicus primarius Aulae Dresdensis,

et die XXIV. April. examinatus et SS. Theol. Licentiatus proclamatus fuit.

Eod. anno sub eod. Decano D. C. *Loeschero* die XXV Aprilis pro Licentia disputavit M. *Gvilelmus Wilckius* Memela Borussus, vocatus ejusd. Ecclesiae Minister, praeside D. *Val. Ern. Loeschero*, de regeneratione, et die XXVIII. examinatus atque Theol. Licentiatus proclamatus est.

Eod. anno die XXVI. April. publice et solenniter, Decano et Pro-Cancellario D. *Casp. Loeschero* a D. *Iohanne Georgio Neumanno* renunciatus SS. Theol. Doctor est Vir Summe Rev. Dn. Lic. *Henricus Pippengius*, vocatus supremus Eccl. Aulicae Dresd. Ecclesiastes et Consiliarius Ecclesiasticus, ProRectoratu fungente D. *Gottl. Wernsdorffio*.

---

Anno 1710 die XI. Martii Decano et Procancellario DD. *Caspares Löschero* Superint. General., a Promotore DD. *Gottlieb Wernsdorffio*, Templi OO. SS. Praeposito, creati sunt in Templo dicto sequentes Theologiae Doctores novem:

1. L. *Martinus Chladenius*, Theol. P. P. et Alumnorum Ephorus.
  2. L. *Georgius Fridericus Schroerus*, Theol. P. P. Extraordin. et Log. ac Metaphys. Ordinarius.
  3. L. *Henricus Klausingius*, Phil. Moralis Professor Ordin.
  4. L. *Ioh. Christophorus Ernesti*, Pastor Tenstadiensis et Inspector Ephoriarum Weissenseensis, Sangerhusanae et Langensalzensis.
  5. L. *Christoph. Henricus Zeibichius*, Ecclesiae Baruthanae Pastor et Superintendens.
  6. L. *Gottlob Thieme*, Ecclesiae Gomeranae Past. et Superintend.
  7. L. *Salomon Deyling*, Ecclesiae Pegaviensis Pastor et Superintendens.
  8. L. *Gvilelmus Wilke*, Templi Parochialis in Memelensi urbe Prussiae Ecclesiastes.
  9. L. *Paulus Gottlieb Hofmannus*, deinceps Theol. P. P. Extraordinarius Lipsiensis.
- 

A. 1711. sub decanatu hyberno D. *Martini Chladenii* d. XXVII. Martii praevia disputatione soleani sub Praesidio D. D.

*Casparis Loescheri* et reliquis speciminibus SS. Theologiae Licentiatus renunciatus est M. *Carolus Gotfridus Zapffius*, Ecclesiae Prettinensis Pastor et Eph. Iessen. Adjunctus.

Anno Christi 1711. 2. octobr. SS. Theol. Doctores solenniter et publice promoti sunt ProR. D. *Gribnero*, Decano et Procancell.

D. *Casp. Loeschero* et Promotore Dn. D. *Feustkingio*

L. *Albertus Ephraimus Hempelius*, Pastor Nordhusanus.

L. *Ioh. Casp. Hofmann*, Pastor Greussensis et Insp. it. Consist. Sond. Assessor, Sup. Adj.

L. *Christianus Reuterus*, Pastor Zeruestanus ad S. Trinit.

L. *Ioh. Casparus Loescherus*, Superintendens Rochlizensis.

L. *Augustus Müllerus*, Superint. lessenensis.

L. *Carolus Gottfr. Zapffius*, Pastor Prettinensis.

---

Anno 1712 sub decanatu hyberno D. *Gottlieb Wernsdorff* d. Martii Praeside Dn. D. *Mart. Chladenio* Theol. P. P. pro Licentia petendi summos in Theol. honores disputavit Dn. M. *Io. Christianus Buccius*, Pastor et Sup. Torgensis, ceterisque perfunctus speciminibus solenniter renunciatus est SS. Theol. Licentiatus d. Anno eod.

Anno 1715 Decano *Gottlieb Wernsdorfio* Doct. et Prof. Publ. praevia disputatione solenni sub Praesidio Dn. D. *Georg. frid. Schröeri* P. P. et reliquis speciminibus SS. Theologiae Lic. renunciatus est Dn. *Mich. Ernest. Brehmius*, Ser. Principi ac domino Dn. *Christiano Duc. Saxo - Qverfurthensi* a confessionibus, Consiliis Ecclesiasticis et Concionibus in Aula primariis d. V. Octobr.

Eodem Anno die XV. Oct. eodemque decano et Pro-Cancellario, Promotore vero Dn. D. *Mart. Chladenio* publice ac solenniter SS. Theol. doctores creati sunt Dn. L. *Mich. Ernestus Brehmius*, Concionator primarius in Aula Weissenfelsensi, et Dn. I. *Io. Christ. Buccius*, P. et Sup. Torgensis, ProRectore Magnifico D. *Hornio Fac. Iur. Ordinario* et in provocationum Senatu Consiliario.

---

Anno 1716. Decano *Martino Chladenio*; Doct. et Prof. Publ., sub praesidio D. *Casp. Loescheri* Theolog. facultatis Senioris et Superint. Generalis de Lutherio AntiPietista solenniter disputavit et peractis omnibus speciminibus a Decano coram Facultate Licentiatus est renunciatus Dns. *Mauritius Gvilemus*

*Wagnerus SS. Theol. Candidatus, Ecclesiae Baruthinae Pastor et adjacentium Superintendens, die 29. Aprilis.*

A. 1716. Decano *Georgio Friderico Schroeero* Doct. et Prof. Publ., sub praesidie Dom. D. *Wernsdorffii* de Absolutione Ministri Ecclesiae solenniter disputavit D. M. *Henr. Gottlieb Schneider*, Pastor Luccaviensis, et post examen 11. Septemb. A. 1716. Licentiatus renunciatus est.

Eodem anno et eodem Decano disputavit solenniter Praeside Dom. D. *Martino Chladenio* de Doctrina Quesnelliana D. M. *Christian. Carol. Stempel*, Pastor et Superintend. Iessenensis, et d. 16. Octob. solenniter renunciatus est Licentiatus.

A. 1717. Mense Octobri Decano *Martino Chladenio* D. et P. P. receptus est ad specimina Candidati expedienda Dns. *Albertus Botticherus*, Ecclesiae illic in oppido Kirchayn Pastor Primarius ejusdemque dioeceseos Superintendens. Eodem Praeside disputavit pro Licentia de methodo Evangelicorum in inquirenda veritate coelesti contra Pontificium Laminium Pritanium die IV. Novembris, inter ipsa solennia Iubilaei. Die V. sequenti eodem decano et Præcancellario a Promotore DD. *Georgio friderico Schröerio*, Professore Theologiae Publico, octo Licentiati Theologiae gradum doctoris in Templo Academico inter solennia satis splendida obtinuerunt publiceque renunciati et creati sunt.

1. L. *Bernardus Luhnius*, Aulae Brunsvicensis Ducis Regentis Concionator primus.
2. L. *Ioh. Andr. Knoblauchius*, Superintendens Wurcensis.
3. L. *Henricus Gottlieb Schneiderus*, Inspector Liberosanus.
4. L. *Mauritius Gvilielmus Wagnerus*, Superintendens Baruthensis.
5. L. *Henricus Gottlieb Schneiderus*, Inspector Luccaviensis.
6. L. *Christianus Carolus Stempelius*, Superintendens Iessenensis.
7. L. *Ioh. Rudolphus Cademannus*, Superintendens Pegaviensis.
8. L. *Albertus Böttcherus*, Superintendens Kirchaynensis et Dobriluccensis.

Deus benignus nos illosque faciat vasa suae gratiae et gaudiorum Iubilaeorum fructum ad posteros servet incorruptum!

A. 1719. Mense Julio Die X. ad specimina solennia decano D. *Martino Chladenio* admissus est Dns. *Ioh. Gvilielmus Janus*, ante Professor Historiarum, nunc Professor Theologiae ordinarius et Alumnorum Ephorus, atque praestitis reliquis et habita disputatione solenni sub praesidio Dni. D. *Georgii Friderici Schräeri* Licentiatus SS. Theologiae renunciatus est.

Eodem Decano mense Octobri die XVI. et Promotore DD. *Gottlieb Wernsdorfio* Ordinis Seniore et Superintendentे Generali in Templo arcis solenniter Doctor Theologiae et quidem solus renunciatus est idem Dns. L. *Ioh. Gvilielmus Janus* SS. Theol. PP.

A. 1721. Mense Februario Decano *Martino Chladenio* D. PP. et Academiae simul Rectore ad specimina admissus est Dns. *Michael Henricus Reinhardus*, in vicino secessu Serenissimae Reginae Polon. Pretschensi Diaconus et vocatus Pastor Prim. et Superintendent per Principatum s. Comitatum Schwarzburgicum Sondershusanae Portionis, ut et Consistorialis, praestitique illis et habita solenni disputatione sub praesidio Dom. D. *Ioh. Gvilielmi Jani* de conformitate Liturgiae Evangelicae cum Apostolica a dicto decano finito examine rigoroso renunciatus est Theologiae Licentiatus.

Ab eodem D. *M. Chladenio* Promotore et ProDecano et Pro-Cancellario DD. *Wernsdorffio*, Superintend. Generali, d. 4. Martii in templo arcis idem L. *Reinhardus* ritu solenni creatus est et renunciatus Theologiae Doctor, post habitas orationes de Papismo hodierno larvato et Theologo γραμματικῳ Lutherano.

A. 1723. Mense Martio petitione praemissa specimina solennia expedivit Decano *Martino Chladenio* D. Dns. M. *Georgius Wallin*, Geuala - Suecus, Gymnasii Hernōsandensis in Angermannia Theologiae Lector Primarius et Consistorii Regii Assessor, praestitisque reliquis disputationem solennem habuit Praeside Dn. D. *Gottl. Wernsdorfio* Superint. Gener. de prudentia circa hymnos Ecclesiasticos, et a supra dicto decano tandem d. 19. Martii SS. Licentiatus creatus est.

Eodem Decano et Procancellario die VI. Aprilis 1723. a Pro-

motore rite designato DD. *Georgio Frid. Schröero*, Rectore Academiae Magnifico, renunciatus est solennitate publica in Aede ad arcem Doctor Theologiae idem L. *Georgius Wallin*. Deus Ecclesiam suam in illis quoque oris ad extremum fere septentrionem positis, in quibus ille Doctor recens creatus functionibus suis gaudet, clementissime conservet!

Anno 1723. d. 7. Septembr. Decano D. *Georgio Friderico Schröero* sub Praesidio Dom. D. *Martini Chladenii* de summe gradu tentationum spiritualium disputavit Dom. *Henricus Augustinus Andreae*, Superintendens et Consistorii Assessor in comitatu Schaumburgico Lippiacae Ditionis et Hagne Pastor primarius, et d. 8. ejusdem Mensis SS. Theologiae Licentiatus solenniter renunciatus est.

Ao. 1724. d. 22. Aug. Decano D. *Gottlieb Wernsdorfio* P. P. Pastor et Sup. Gen. Ordinisque hic Seniore, sub moderamine Dn. D. *Georgii Fried. Schröeri*, P. P. et Stipend. Elect. Ephori, super quaestione: An Papa sit caput Ecclesiae? pro Licentia obtinendi summos in Theol. honores disputavit Dn. M. *Io. Conradus Boeckmann*, ser. Princ. Anhalt. Ecclesiastes Aulicus et ad D. Barthol. aedem Servestae Archidiaconus.

Ao. 1724. d. IV. Sept. eod. Decano D. *Gottlieb Wernsdorfio*, Praeside Dn. D. *Io. Gvilielmo Iahno*, P. P. et Alumn. Ephoro, pro consequendis summis in Theot. honoribus de liturgiis orientalibus veritatis Evangelicae testibus in Art. de Coena e Cathedra Divi Lutheri disputavit Dn. M. *Io. Andreas Gleichius* Gera - Variscus, R. Polon. et Elect. Sax. a consiliis Eccles. et concionibus aulicis.

Ao. 1724. d. V. Sept. eod. D. *Gottlieb Wernsdorfio* P. P. Cons. et Sup. Gen. Decano, juxta et Praeside pro Licentia obtinendi gradum doctoris solenniter disputavit M. *Albertus Meno Verpoorten*, eo usque ecclesiarum in dioecesi Neostadiensi ad oriens in ducatu Sax. Coburgensi Antistes, nunc autem rite vocatus Gymnasii Casimiriani Academic Director et Professor Theol. bonarumque literarum publicus de fermento Herodis e Marci VIII, 15. Matth. XVI, 6. et Luc. XII, 1.

Eodem Anno 1724 d. VIII. Sept. Rectore Dn. *Io. Friderico Weidlero*, Math. sup. P. P., Decano et Pro- Cancellario D. *Gott-*

lieb Wernsdorfio Coll. Seniore, Promotore a. Dn. *Io. Gril. Lahno*, P. P. et Alumn. Ephoro, tres paulo ante nominati et S. Theol. recens creati Licentiati, scilicet Dn. L. *Io. Andreas Gleichius*, Consil. Eccles. in Aula Dresd. et Concionator in eadem senior, Dn. Lic. *Alb. Meno Verpoortenius*, nunc Gymnasii Coburg. director, denique Dn. Lic. *Io. Conr. Boeckmann*, Ecclesiastes aulicus et Archidiaconus Servestanus, in templo ad Arcem pio festoque ritu S. Theol. Doctores creati sunt: Deus iisdem ac nobis omnibus largissime benedicat! amen!

Anno 1725. d. 10. Iul. Decano *Georgio Friderico Schroeero*, D. et PP. disputationem solennem de Lectione scripturae sacrae omnibus hominibus libera, Praeside D. D. *Martino Chladenio* defendit publice M. *Io. Godofredus Rochau*, Ecclesiae Vitemberg. Parochialis Symmysta et vocatus Illeburgensis Pastor et illius Dioeceseos Superintendens, et d. 12. Iul. Licentiatus Theol. creatus est.

Eodem anno d. 9. octob. Decano praeside de verbo Papae divino pro Licentia disputavit Dom. *M. Io. Zacharias Hilligerus*, Fac. Phil. Adj. Philol. et Philosoph. Prof. Extraordinarius et vocatus Pastor et Superintendens Seidensis, et d. 10. Octob. creatus est Theol. Licentiatus.

Eodem anno d. 8. Nov. sub Praesidio Vener. Domini Senioris, Domini *Gottliebii Wernsdorpii* Theol. Doct. de Animarum separatarum statu earundemque cum vivis commercio solenniter disputavit M. *Paulus Berger*, Principis Anhaltinae viduae Ecclesiastes aulicus, Confessionarius et Cothenae Ecclesiae Lutherano-Evangelicae Pastor, et d. 9. Nov. a Decano spectatissimo Dom. D. *Wernsdorffio* Theol. Licent. renunciatus est.

Anno 1726. disput. inaugural. theol. de Ecclesia errore immuni, praeside Decano *Georgio Friderico Schroeero* defendit Dom. *M. Christoph. Ludov. Stieglitz*, ad Divi Venceslai apud Naumburgenses Archi-Diaconus et d. 2. Iulii creatus est Lic. Theol.

Eodem anno d. 27. Sept. pro Licentia, Praeside Dom. D. *Io. Casparo Haferungio* disputavit M. *Martinus Cnoblochius*, Gymnasii oppidani Witteberg. Rector, et vocatus Ecclesiae Liebenwerdensis Pastor et Superintendens, de διδασκαλιοπετείᾳ in Ministerio Ecclesiast. observanda et 30. Sept. creatus est Theol. Licentiatus.

Anno 1726. d. 28. Nov. Decano et Praeside D. *G. Wernsdorfio* Sup. gen. pro Licentia disputavit M. *Andreas Charisius* Gedan., Ecclesiae paroch. Wittenb. Archidiaconus, de absolute Reformatorum decreto verae consolationis impatiēte. Idem creatus est SS. Theol. Licentiatus d. V. Dec. eiusd. anni.

Ao. 1727. d. 4. Apr. eod. D. *Wernsdorfio* decano, Praeside autem d. *Io. Georgio Ioochio*, P. P. Praeposito et Consistorii Assessore, pro Licentia disputavit M. *Io. Jacobus Ianzen* Hamburg., Eccles. Grafenhayniens. Pastor et Superint., de studio verbi divini ex Col. III, 16. die sequenti renunciandus.

Eod. anno Prodec. et ProCancellario D. *Georg. Frid. Schröero* P. P. t. t. Acad. Rectore et Alumn. Ephoro, Promotore Decano ipso D. *Gottlieb Wernsdorfio* P. P. Cons. P. et Sup. gen., d. Aprilis XVII. in Templo Arcis publice ac solenniter creati sunt Doctores Theologici

Dn. *L. Godofredus Schumannus*, Pastor et Sup. Zahnensis.

Dn. *L. Io. Godofredus Rochau*, Past. primar. et Sup. Eilenburgensis.

Dn. *L. Paulus Bergerus*, Concionator aulicus et Ecclesiae Luther. Evang. ap. Cothnenses Pastor.

Dn. *L. Io. Zacharias Hilliger*, P. et Sup. Seidensis.

Dn. *L. Io. Jacobus Ianzen*, P. et Sup. Grafenhaynensis.

Dn. *L. Andreas Charisius*, ad eadem paroch. in urbe Wittenb. Archidiac.

Deus nobis omnibus benedicat, Ecclesiam vero tueatur ac servet!

Anno 1728. d. 8. April. Decano et Praeside D. *Georg. Frid. Schroeero* pro Licentia disputavit M. *Franciscus Wokenius*, S. Theol. Baccalaureus et LL. OO. in hac Academia Prof. Publ. Ordinarius, de Incarnatione Filii Dei, et d. 9. eiusd. mens. et anni creatus est SS. Theologiae Licentiatus

Anno 1729. d. VII. April. Praeside D. *Iohanne Casparo Hafierung*, t. t. Academiae Rectore, disputavit pro Lic. M. *Theodorus Crüger Sedino-Pomeranus*, Pastor Ecclesiae Kirchhaynensis in Lusatia inf. Primarius et Scholarcha, de Supplicationibus Christi pro semet ipso ex Ebr: V. 7. d. 8. Dns. Respondens a De-

cano spectatissimo Domino D. *Wernsdorfio* renunciatus est SS.  
Theol. Licentiatus.

Anno 1730. d. 6. Iulii Decano *Ioh. Caspar Haferung*, D. Alumn. Regio - Electoral. Ephoro, Praeside Dn. *Ioh. Georgio Iochio*, D. SS. Theol. Prof. Publ. Templi OO. SS. Praeposito et Consist. Eccles. Assessore, pro Licentia capessendi Gradum in Theologia sumum de Desperatione salutari disputavit Dns. M. *Ioh. David Strobachius*, Ecclesiae Gommeranae Pastor et Superintendens.

Anno 1731. d. XIIIX. Decembr. Decano *Ioh. Casparo Haferungio*, D. Praeside v. *Fried. Georgio Schroeero*, D. Alumn: Elect: Eph: et Ord. sui Seniore, pro Licentia summos in Theol. honores obtinendi disputavit M. *Iohannes Casparus Siberus*, Pastor et Superintendens Herzbergensis, postridie renunciatus Licentiatus SS. Theologiae. Disputatio de Restitutione omnium ab Ap. Iuda Ep. v. 6. negata.

Anno 1732. d. 16. Maii Decano *Ioh. Georgio Abichtio* et Praeside Dn. *Ioh. Caspar Haferungio* renunciatus est Licentiatus Dn. M. *Ioh. Samuel Luppius* Superint. Iessenensis, qui disputavit de sanguine Iesu Christi.

Anno 1732. Procancellario D. *Christoph. Henr. Zeibichio* P. P. Praeposito et Consistoriali, Promotore D. *Georg. Frid. Schroeero* P. P. et Alumnorum Ephoro, d. 2. Septembris in templo Arcis publico et solenni ritu Doctores Theologiae creati sunt:

Dn. L. *Franciscus Wokenius*, Ebr. et reliq. orient. LL. PP., Reg. Societ. Berolinens. socius, h. t. Rector Academiae Magnificus.

Dn. L. *Martinus Cnoblochius*, Pastor et Superintend. Liebenwerdensis.

Dn. L. *David Strohbachius*, Past. et Superintendens Gommeranus.

Dn. L. *Io. Caspar Sieberus*, Past. et Superint. Herzbergensis.

Dn. L. *Io. Samuel Luppius*, Past. et Superintendens Iessenensis.

Deus ex alto nobis omnibus benedicat, causamque Ecclesiae nostrae tueatur perpetuo.

Anno 1735. d. 2. Augusti Decano D. *Christoph. Henr.*

*Zeibichio et Praeside Dn. D. Abichtio Ephoro Generali, M. Siegfriedus Beckius, Pastor et Superintendens hactenus Leisnicensis, nunc Zwickavensis, disputavit de Fide Apostolorum tempore Christi in terris adhuc degentis, et d. III. Aug. Theologiae Licentiatus renunciatus est.*

---

Anno 1736. sub Decanatu *Joh. Casp. Haferungii*, S. Theol. D. PP. et alumnorum Regio Elect. Ephori, sub Praesidio Dn. *Georgii Fried. Schroeeri* S. Theol. D. PP. alumnorum Regio Electora. Ephori et ordinis sui Senioris, disputavit d. XVII. April. pro Licentia Dn. M. *Christlieb Gottwald Wabst*, Past. Prim. Rochlensis ejusdemq. dioeceseos Ephorus, et XVIII. April. Licent. renunciatus est. Disputatio agebat de Theologia occulta.

---

Anno 1736. sub Decanatu *Joh. Georgii Abicht*, P. P. Consistorii Assessoris et Sup. Gen., Praeside Dn. D. *Christoph. Henrico Zeibich*, P. P. Praeposito et Consist. Assessore, disputavit Dn. *Gottlieb Iahn*, Past. Zahnenis et dioeceseos Superint. die 17. Maj. post exhibita specimina renunciatus est Licentiatus. Disputatio conscripta est de Confess. privatae necessitate.

Anno 1739. Decano D. *Christoph. Henr. Zeibichio*, Theol. P. P. ad OO. SS. Praeposito et Consist. Assessore, disputabat sub Domino D. *Io. Georg. Abichtio*, Theol. P. P. Consist. Assess. et Superintendent Gen., d. 30 Jun. d. a. pro Licentia Dn. *Io. Gottfr. Hermannus*, Past. et Superintend. Plauiensis, de summa Ecclesiae dignitate ad 1. Tim. III, 25. renunciabatur Licentiatus d. III. Jul. 1739.

Anno eod. d. VI. Jul. Pro-Cancellario Dn. D. *Abichtio*, Theol. P. P. Consistor. Assess. et Superintend. Gener. Promotore, Dn. D. *Haferungio*, Th. P. P. et Alumn. Ephoro, in templo Arcis publico solenique ritu Doctores Theologiae creabantur:

1. Dn. *J. Frider. Schulze*, Praesulatus Numb. Zizae Superintend. Consistor. assess. Templi ad arcem Concionator et Scholae Ephorus.
2. Dn. *Lic. Io. Gottfried Hermannus*, Eccles. Plauiensis Past. Primar. et vicinarum Superintend.

---

Anno 1741. die XXIX. Aug. ProCancellario Dn. D. *Zeibichio* Decano Dn. D. *Haferungio*, Promotore Dn. D. *Hofmanno* in

templo Areis publico solennique ritu Doctor Theologiae creabatur  
Dn. L. *Christianus Fridericus Bauer* Theol. Prof. Publ. Ord.  
et Alumn. Elector. Ephor.

Anno-1744. die XXVIII. Iulij de merito Christi sub praesidio  
D. *Caroli Gotlob Hofmanni* SS. Th. Prof. Publ. Ord. Consist.  
Assess. et Sup. General. pro Licentia disputavit M. *Martinus Grulichius*, ecclesiae Torgav. Pastor prim. et Dioeces. Superintendens, et die XXIX. Iulii renunciatus est Licentiatus.

Eodem anno sub Decanatu et praesidio D. *Christiani Friderici Baueri* die 5. Oct. pro Licentia disputavit Dn. M. *Fridericus Gvilielmus Iahr*, Superintendens Iessenensis, habitaque disputatione de baptismo divinam gratiam vere obsignante renunciatus est Licentiatus.

Eodema anno 1744. sub Decanatu et Praesidio D. *Christoph. Henr. Zeibichii* d. X. Nou. pro Licentia disputavit Dn. M. *Ioachim Samuel Weickmannus*, Professor Philosophiae Extraordinarius et Theolog. Ordin. ac Alumn. Elector. Ephor. designatus, de Theologis Tridentinis alia loquentibus, alia sentientibus. Proclamatio Licentiati fiebat d. XVI. Nov. d. a.

Anno M. DCC. XLIV. die XIX. Novembr. me D. *Carolo Gottlob Hofmanno*, Procancellario, et Dni. D. *Christiano Friderico Bauero* Promotore sequentes quinque Doctores Theologiae in templo arcis creati et renunciati sunt:

L. *Christophorus Ludovicus Stieglitz* Lipsiens. Ducis Saxo-Qverfurtensis a Consiliis Ecclesiasticis, Pastor Primarius Numburgensis, Scholarcha et Ministerii Senior.

L. *Gottlieb Iahn* Leisnicensis, Pastor Zahnensis et Superintendens.

L. *Martinus Grulich* Lottin. Pomeranus, Pastor Primarius Torgaviensis, Superintendens et Scholae Inspector.

L. *fridericus Willhelmus Iahr* Gosmar. Lusatus, Pastor et Superintendens Iessenensis.

L. *Ioachimus Samuel Weickmannus* Dantiscanus, SS. Theol. Prof. Publ. in hac academia et Alumn. Ephorus.

Anno M. DCC. XLVII. d. XXIV. Maii, Decano me D. *Carolo Gottlob Hofmanno* atque Dissertationis Praeside, pro Licentia

disputavit Dn. M. *Georgius Fridericus Strantzius*, Pastor Schnebergensis, Scholae Inspector et Ephoriae Zwickaviensis Adjunctus primarius, de spiritu qui est vita propter Iustitiam ex Rom. VIII, 10.

Anno M. DCC. XXVII. ProCancellario Dn. D. *Bauero* et Promotore Dñ. D. *Weickhmanno* d. 25. Maii Doctor theologiae publice renunciatus est Dn. L. *Georgius Fridericus Strantzius* Pastor Primarius Schneebergensis, Scholae ibidem Inspector et Ephoriae Zwickauiensis Adjunctus.

---

Anno M. DCC. XLVIII. d. 14. Octobr. Decano me *Ioachimo Samuele Weickhmanno* D., Praeside Dn. D. *Christianus Friderico Bauero* disputavit pro Licentia Dn. *Christianus Sigismundus Georgius*, Philolog. Prof. Extraordinarius, ordinis Philosophorum Decanus, nunc designatus S. S. Theol. Prof. ordinarius in hac Academia et alumnorum Reg. Elector. Ephorus, de Precibus in nomine Iesu ad locum Ioann. XVI, 23 — 30.

Anno MDCCXLVIII. d. 23. Octobr. Pro-Pancellario Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickhmanno*, Promotore me D. *Carolo Gottlob Hofmanno* Doctor theologiae publice creatus est Dn. L. *Christianus Sigismundus Georgius*, S. S. Theol. Prof. Publ. Ordin. et Ephor. Alumnor. Electoral. in hac Aedemia.

---

Anno CIO IOCC XLIX Decano Dn. D. *Carolo Gottlob Hofmanno* et Praeside Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickhmanno* pro Licentia Mense Decembr. disputauit Dn. M. *Nicolaus Brélin*, Pastor Bohlstadiensis in Suecia, et Licentiatus renunciatus est d. XVII. Decembr.

Anno CIIOCCLII. Procancellario D. *Christiano Sigismundo Georgio* et Promotore Dn. D. *Christiano Friderico Bauero*, cuius personam sustinuit Dn. D. *Ioachimus Samuel Weickhmannus*, die II. Decembr. Dn. Lic. *Valentinus Zehnerus* publice renunciatus est Theologiae Doctor.

Anno CIIOCCLIII. Dec. Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickhmanno* et Praeside D. C. S. *Georgio* pro Licentia disp. et XV. Aug. Licentiatus renunciatus est M. *Io. Gottfried Hirschius*, Past. Prim. Reichenbac., et Aug. Procancellario Dn. D. *Carolo Gottlob Hofmanno* et Promotore Dn. D. *Ioachi-*

mo *Samuele Weickmanno* idem Doctor Theologiae publice renunciatus est.

Anno CICICCLIV. Decano Dn. D. *Carolo Gottlob Hofmanno* eodemque Praeside pro Licentia disputavit et Licentiatus renunciatus est d. XXVII. Iun. Dn. M. *Io. Georgius Pfotenhauer* Dicac. II. Witteb.

Anno CICICCLV ob pacem religiosam Iubelao me *Christiano Sigismundo Georgio* Decano disputatione pro Licentia sequentes:

1. Praeside Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickmanno* die XV. Septemb. Dn. M. *Theophilus Horwein*, Superintendens Dahmensis, de vaticiniis Lutheri.
2. Praeside D. *Christiano Sigismundo Georgio* die XVI. Septbr. Dn. M. *Michael Heinricus Reinhard*, Superintendens Beltitiensis, de Verbi divini Laudibus Psalmus Davidis CXIX connexis.
3. Praeside Dn. D. *Carolo Gottlob Hofmanno* die XX Septembr. Dn. M. *Ioannes Gottlob Werner*, Superintend. Iutroboc., de peccato in Spiritum S.
4. Praeside Dn. D. *Ioach. Samuele Weickmanno* die XXII. Septembr. Dn. M. *Ionathan Hellerus*, Superintend. Chemnicens., de usu methodi scientificae in Theologia reuelata.
5. Praeside Dn. D. *Frider. Guilielmus Iakrio* die XXIV. Septembr. Dn. M. *Io. Christianus Schulzius*, Superintend. Heldrungensis, de SS. iurisperandi dieini in conservando messis ordine fidei.

Idemque quinque d. XXIV. Septembr. a me Decano ordine seq. renunciati sunt Licentiati

1. Dn. M. *Michael Heinricus Reinhardus*.
2. Dn. M. *Ionathan Heller*.
3. Dn. M. *Io. Theophilus Horwein*.
4. Dn. M. *Io. Christianus Schulzius*.
5. Dn. M. *Io. Gottlob Werner*.

Quo ordine idem quoque d. XXV. Septembr. ipso religiosae pacis die Rector Magnif. D. *Christianus Hannaccio ICto*, Procancelario Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickmanno*, a me *Christiano Sigismundo Georgio* Promotore Theologiae Doctores publice sunt creati.

ΑΟΞΑ ΕΝ ΥΨΙΣΤΟΙΣ ΘΕΩΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΓΗΣ ΕΙΡΗΝΗ.

Anno CICIOCCLXIII. decano D. *Christiano Sigismundo Georgio* et Praeside D. D. *Ernesto Friderico Wernsdorfio* pro Licentia disputauit d. XXIX. Iul. et d. XXXI. Iul. Licentiatus a Decano renunciatus est, atque eodem etiam die a Promotore Dn. D. *Ioachimo Samuele Weickmanno* et Procancellario Dn. D. *Ernesto Friderico Wernsdorfio* Doctor Theologiae creatus Dn. M. *Io. Fridericus Guhlingius Chemnicensis*, in urbe patria Pastor et Superintendentens. Vid. Vol. IIX. Actorum p.

Addendus est hic Dn. M. *Abrahamus Kunzius* Archid. Witteb., qui Anno CICIOCCLX. d. IX. Septembr. sub praesidio D. *Christiani Sigismundi Georgii* pro Licentia disputavit et d. X. Septbr. a Decano Dn. D. *Carolo Gottlob Hofmanno* Licentiatus fuit renunciatus, die uero XXIII. eiusd. Mensis a Promotore iam laudato *Hofmanno* ProCancellario D. *Christ. Sigis. Georgio* in aede Academiae d. 13. Octobr. d. a. ab Austria exusta proh dolor! ultimus creatus Doctor. Dominus reaedificet eam!

---

Anno M. DCC. LXVIII. d. XI. Octobr. Decano et Praeside me D. *Carolo Gottlob Hofmanno* pro Licentia disputavit gener meus Dn. M. *Fridericus Immanuel Schwarzius*, Ecclesiae Penicensis Pastor Primarius et dioeceseos Superintendentens: cuius dissertatio in Eph. 11, 12. ostendit eos, qui sine Christo, etiam sine Deo esse. Sequenti die XII. Octobr. creatus est Licentiatus Theologiae more solito: insimul etiam in Conventu facultatis a S. R. D. *Ioachimo Samuele Weickmanno* Promotore Doctor Theologiae est creatus atque renunciatus.

---

Anno M. D. CC. LXVIII. d. VII. Novembr. Decano et Praeside me *Ioachimo Samuele Weickmanno* D. H. T. Academiae Rectore pro Licentia summos in Theologia obtinendi Honores Dissertationem historico - theologicam de Imagine diuina defendit Dn. M. *Ioannes Gottfried Körner*, SS. Theol Baccalaureus et ad aed. Thom. Diaconus Lipsiensis. Eodem die in Conventu Facultatis a me more solito Licentiatus Theologiae creatus atque renunciatus fuit.

Anno M. DCC. LXX d. XIV. Iunii me Decano D. *Carolo Gottlob Hofmanno*, Praeside S. R. D. *Christiano Sigismundo Georgio*, pro Licentia summos in theologia honores consequendi dissertationem inauguralem defendit M. *Ioannes Bücherus*, Pastor et Superintendens ecclesiae et dioeceseos Leissenensis, de praestantia religionis christiana evicta per praestantiam legum matrimonialium in ea. Sequenti autem die XV. Iun. finito examine rigoroso a me Decano in conventu facultatis renunciatus est Theologiae Licentiatus.

Anno M. DCC. LXX. mē Decano D. *Carolo Gottlob Hofmanno* inauguralem dissertationem pro Licentia summos in theologia honores consequendi meo sub praesidio de imputatione divina peccati alieni, maxime Adamitici d. XXXI Iul. habuit: Deinde d. 1. Augosti proxime in sequenti superato examine rigoroso in conventu facultatis titulo et honoribus Licentiati ornatus est<sup>1)</sup>.

### S. D. G.

Cum templi academicci olim ab Omnibus Sanctis denominati et in urbis obsidione d. XIII. Octobr. CIOOCCLX. ab austriacis copiis auxiliaribus funditus deleti, nunc autem ex cinere et puluere feliciter restituti d. VI. August. CIOOCCLXX. fieret inauguratio solemnis, quam magna peregrinorum copia, etiam ex Ordine Theologorum Lipsiensium Summe Venerandus et Magnificus Dn. D. *Ioannes Christianus Stemmlerus*, Theologiae in academia Lipsiensi Professor Publicus Ordinarius, Capituli Misnensis Canonicus, Pastor ad aedem S. Thomae, Consistorii Electoralis Assessor et Dioecesis Lipsiensis. Superintendens, sua praesentia, de qua nobis gratulabamur, solemniorem redditit, proxime sequenti d. IX Augusti, Procancellario Dn. D. *Ernesto Friderico Wernsdorfio* atque Promotore Dn. D. *Ioachimo Sayuele Weickhmanno*, publice in aede academie et ibidem exornata aula doctorali et creati et renunciati sunt sequentes doctores theologiae:

- I. *Ioannes Fridericus Gühlingius*, Ecclesiae Chemnitiensis Pastor et dioeceseos Superintendens.
- II. *Fridericus Immanuel Schwarzius*, Ecclesiarum per Episcopatum Numburgensem Cizae Superintendens, Electo-

1) Licentiati nomen Hofmannus praetermisit.

ralis Consistorii ibidem Assessor, in templo arcis Moritzburgensis ad Elystram Concionator et scholae Episcopalis Ephorus.

III. *Ioannes Godofredus Koernerus*, Ecclesiae ad D. Thomae in urbe Lipsiensi diaconus.

IV. *Ioannes Bücherus*, Ecclesiae Iessenensis Pastor et dioecesis. Superintendens.

V. *Christianus Gottlieb Istrichius*, Ecclesiae Rochlitiensis Pastor et dioecesos Superintendens.

Conserua, DEUS, Cathedram Lutheri!

---

Anno CICICCLXXXVI. d. XXVIII. April. pro Licentia sine Praes. disputauit de distinotione naturae et gratiae in conuersione et emendatione hominis M. *Olaus Högman*, concion. aul. Suec. Ego h. t Decan. D. *Michaël Weber* scripsi Programma de Theologorum nostrae aetatis parum philosophantium vanitate.

---

# **A P P E N D I X.**

---

## I. Statuta Collegij Theologici<sup>1)</sup>).

---

Dei gratia *Fredericus* Dux Saxonie, Sacri Imperij Prefectus  
Pretorio: Septemvir, Lantgrauius Thuringie, Marchio Missne etc.  
Venerabilibus et Eximis Magistris *Johanni de Staupitz*, Vica-  
rio Augustiniano Reformatori Priori, Et Senatui Theologico Gym-  
nasij nostri *Wittenburgon*. Nostram gratiam.

In superioris Voluminis prefatione polliciti sumus, patres con-  
scripti, singulis quibuscunque Collegijs priuatas quoque leges ede-  
re, vnde profecto Iure optimo a vobis ordinandum putauimus, Qui  
ceteris omnibus dignitate prestatis, Tum quia sacra vestra scriptura  
ad felicitatem ordinatur vite future, Quam teste Hieronimo  
doctus Plato nesciuit et Demosthenes eloquens ignorauit, Tum  
quia Aurelius Augustinus Gymnasij nostri tutelaris deus<sup>2)</sup> solum  
scripturarum libris, qui Canonici appellantur, hunc honorem didi-  
cit deferre, vt nullum auctorem eorum scribendo aliquid errasse  
firmissime credat, Vestra etenim sapientia vera sapientia est et in-  
tellectus coram populis, Quem qui elucidant vitam eternam habe-  
bunt. Quoniam autem elucidationem sacre scripture In vera ipsius  
expositione consistere scimus et in sancta operatione, Nichil est,  
quod equo sponte currenti calcaria subdamus, Nichil est, quod vos ad  
bene beateque vivendum hortemur, Aut aliquas leges prescribamus,  
Quorum interest nobis legem diuinam interpretari et librum vite do-  
cere. Ex innata tamen mansuetudine volunus vos certiores red-  
dere, Nos piam et sollicitam vestri senatus gerere curam, Et vt de-  
nique intelligeretis, quibus discipulos vestros optaremus viuere in-  
stitutis. Valete et viuite felices.

---

1) Legg. fol. 2 seqq. 2) Ad marginem scripsit nescio quis: „blas-  
phemia contra deum.“

## De Patrono Venerando et Senatu Theologorum.

### Caput Primum.

Sacram Theologorum facultatem tamquam peculiari patrono commendamus diuo Paulo, tubę Euangeliij. Volentes vt eius festum Conuersionis presente Vniuersitate In qđe nostra sancta peragatur quotannis magnifice, habeatur concio ad clerum, Expendanturque in eam solemnitatem grossi Viginti, de quibus fiat satis altaris ministris, Pauperibus distribuantur Tres grossi. Post hęc statuimus, vt Magistri Sacré Theologie tam seculares, quam Religiosi, qui in Gymnasio nostro promoti fuerint, legerint aut habitauerint, Referantur in Senatum Theologicum, Seruent inter se eum ordinem, Quo fuerint relati, Non obstante alicuius pręrogatiua, Cooptati Senatui seu Collegio solvant fisco aureum vnum, si *wittenberge* fuerint promoti. forenses dimidium sui gradus, hoc est aureos octo, Quod idem in Baccalaureis et Licentiatis volumus obseruari, Et se tali Iureirando distingant.

### Iusiurandum eorum, qui In Senatum Referuntur.

### Caput Secundum.

Ego. N. Iuro pro virili mea fideliter consulere honori et utilitati vestre Theologice facultatis, Secreta Consilia Maxime ad dictamen domini decani non reuelare, Sed illi In honestis parere, Et Statuta diligenter seruare custodireque, Vt me deus adiuuet et sanctorum Euangeliorum conditores.

## De Electione Decani.

### Caput Tertium.

In die Sanctorum Philippi et Iacobi, Nec non Sancti Luce Senatores Theologici statim publicato Gymnasiarcha, Implorato diuino Auxilio eligatur Decanus ordine prescripto, etiam si fuerit ab-

sens breui reuersurus, Incipientibus sc. d. Senioribus, Ita tamen, quod nullus preficiatur, Nisi fuerit aponum Senator. Sed tunc eius ratio non habeatur, donec ordine ad eum reuersum fuerit. Electus bona fide promittat antecessori, quod munus suum fideliter administrabit, et eius pretextu contra vniuersitatem vel facultatem nil molietur, Sed si fuerit vel Impeditus, suffectus esto Decanus precedens, Quo Impedito iterum precedens.

## De forma porrigendi Suffragia.

### Caput Quartum.

Quoties autem quid tractandum venit, die precedenti per seculam decanus conuocet Collegas ad edes suas vel alium locum congruum, sub pena periurij vel certe mulcte pro facti sex. qualitate, Conuenientibus patribus proponat negotium ventilandum cum omni maturitate, et subdat votum suum, Tandem roget Sententias diligenter, incipiendo semper a Seniore et ex votorum pluralitate concludet, Suum pro duobus computando, Hoc obseruato, quod omnia decreta ipso facto nulla sint, Que non sunt Trium aut Quatuor suffragijs roborata.

## De officio Decani.

### Caput Quintum.

Decani munus Imprimis esto recipere Signum, Claves, Statuta, Rationarium Scholasticorum sacre Theologie a predecessore, presente Senatu, decanus in decem diebus a tempore electionis conuocatis professoribus Theologicis, tam Magistris, quam Scholasticis publice legat statuta sua, Decanus extra templum Sanctum sit ubique Primus, Sit caput Senatus, cuius statum dirigat ipse sojus. Alij sunt membra tantum. Publice subscriptiones, littere vel decreta Senatus edantur nomine Decani tantum et facultatis, dictentur conscribanturque per Iuniorem Et per alios diligenter reuideantur et emendentur. Decanus promouendis assignet que-

stiones disputandas, Assignatas vna cum die, hora et loco per cedulaum notificet patribus et Scholasticis Theologicis, Non tamen priusquam promouendi expensas receperit, Alioquin de suo soluat, Expensas distribuat, In fine officij Reformatoribus rationem reddat, et reliquum erario inferat. Decanus Licentiandos presentet Cancellario, Eo impedito, vt prediximus, precedens, dummodo exprimat se in decani locum suffectum, cuius hoc interest. Decanus quandoque visitet lectiones animaduertendo et Magistrorum et Scholarium negligenciam, Preterea In Rationarium facultatis cooperet promotos seu receptos, Adijciendo diem et annum, Et si que alia sunt decreta memoratu digna. Promotiones similiter et disputationes intimet valuis ecclesiarum feria precedenti speciuocando nomina promotoris, promouendi, presidentis et Respondentis, Nusquam autem preterquam In promotionibus vtatur signo facultatis absque patrum assensu. In die Conuersionis Pauli Inuitet Rectorem cum ceteris professoribus, Suis vero publice mandet, vt intersint Misse et offerant, Adhibeatque concionatorem ad clerum, Et tune Decano vna cum suis assignamus locum primum.

## De Promotionibus.

### Caput Sextum.

In promotionibus omnia Magistrorum officia Inter eos distribuantur secundum eorum Ordinem, Ita scz. vt Imprimis Senior Magister, Postea Alter, tandem Tertius presideat vni Biblico sententario formato: licentiatum vesperietur: promoueat Magistrum, Et sit Gallus, potest tamen Magister Impeditus seu absens In locum suum collegam sufficere quem volnerit, Maxime ad petitionem promouendi. Duo Magistri tantum, Sicut et duo Licentiati et Tres Baccalaurei simul admittantur et non plures, Nullus vñquam promoueatur, Nisi quotidianie audierit duas lectiones ordinarias In eis vijs, quas ipse elegerit, et diebus festis extraordinarie vnam. Nullus promoueatur in Biblicum, Nisi accolitus; Nullus in Licentiatum, Nisi Subdiaconus. Promouendus conueniat facultatis Decanum, Quo cogente senatum iuret se non vindicaturum, Si quo casu impediretur. Et quod super rogatis dicet veritatem. Tandem Magistri quoque stipulata manu promittant eum non promoto-

uere, Nisi credant idoneum, secluso amore vel odio. Promouendus In Biblicum legittime doceat, vel si facultati videbitur Inspecta sua qualitate Iureiurando astringat, se in aliquo Studio generali et priuilegiato Sacre Theologie operam nauasse Quinquennio a tempore Magisterij in Artibus suscepti, vel si eo careat Septennio, Quod audiuerit cursorem Biblicum atque Sententiarium, Quatuor ordinarias lectiones. Religiosus gaudeat priuilegio sui ordinis, vbi que tamen quod ad tempus completionis attinet, hoc totum Relinquimus et arbitrio et discretioni Senatorum, Quos in hoc tantum elaborare volumus, ne quem turpem promoueant, inanem litterarum, dedecorantem et gymnasij nostri et eorum auctoritatem. Sic et Biblicis pro arbitrio suo deputent tam secularibus quam Religiosis In Nouo et Veteri Instrumento certa capita legenda, Dummodo Religiosis minus deputent et Neutros permittant ultra caput lectinationi absoluere. Sententiarius legat Quatuor libros Petri lumbardi huc obseruato, quod ne ipse ultra distinctionem In vna lectione progrediatur. He autem lectiones habeantur In Scholis Theologorum vel capella cimiterij vel monasterijs, dummodo singuli libri publice in Scholis auspicantur semper premissa commendatione Theologica. Sententiarius, quamprimum Secundum librum finierit, publice respondeat pro formatura, Et vbi tandem Bibliam, Sententias absolverit, et Ordinarias lectiones compleuerit et loco priuati Examinis integrum diem publice responderit (:ad questionem respicientem Quatuor libros Sententiarum:), Decanus ad Sententiam ferendam Senatum cogat, Quod si per maiorem partem sufficiens Iudicatus fuerit, presentet eum cancellario, Et vna cum Collegi medio Iuramento deponat, se credere eum fore dignum licentia magistrandi. Tandem coacta Vniuersitate Cancellarius vel eius locum tenens premissa per Magistrum, cuius hoc intererit, oratione: tribuat ei Magistrandi licentiam. In Magisterio, autem sic agi volumus. Magister ad quem id ordine spectat, Prima hora pomeridiana Ex Cathedra questionem moueat expectatoriam vesperis accommodatam Et vnam atque alteram partem disputationis Baccalaureo proponat, cuius decisionem ceteri Baccalaurei impugnant. Deinde alius Magister pariter questionem afferat vesperis accommodatam, allatam triualiter et Theologice determinatam, Et dubiam relutam In consultationem reijciat eius, qui vesperiandus adest, Qui pro dissolutione firmet. Tot quot sunt Magistri, Quas illi semel aut iterum impugnant, Vesperiatus ad argumentum et ad

primam Replicam respondeat, Reliquum prefectus Cathedrae interrumpat, Et tandem, vt assolet, orationem habeat facetijs refertam, plenaam salibus et Schomatibus, citra tamen alicuius Injuriam. Qua finita agat Inuitetque ad Crastinam Aulam, Et omnia Ita moderetur, Ne cum molestia concionis ille actus vltra tres horas protendatur. Sequenti die hora septima coacto vniuerso Senatu promotor Suggestum concendent habeatque orationem ej rej conuenientem, Sed breuem, Et in nomine dei promoueat, promotes similiter theologicice paucis laudem perstringat. Post hoc Baccalaureus sui ordinis socio questionem proponat, Qui eam tot dissolvat conclusionibus, quot sunt promoti Magistri, Contra quas arguant promotj vno tamen argumento aut vna aut altera replicis tantum, Ad quam Baccalaureus non respondeat prohibente hoc promotore. Sed puer e Regione ex pulpito actum commendet, Probleumaticam questionem proponat Et in vtranique partem versam relinquat Ambiguam, vnde ad eius enodationem gallos duos Theologos Magistros disquirat, Qui ad dextram et sinistram Cathedras concendent, propositam a puero questionem examinent, et vrbaniter faceteque discutiant, Senior primum suam comprobet Sententiam, Aduersam Iunior, Quumque nenter velit dare manus, Ad promotorem configuant, In eum arbitrantes, Qui eam Appollinis oraculo suspensam teneat, Et tandem gratias agat, Ante omnia diligenter curans vt Actus iste in Tribus horis absoluatur.

## Iuramentum Promouendorum.

### Caput Septimum.

Promouendi publice lurent hoc modo. Ego N. iuro domino Decano et Magistris facultatis Theologice Obedientiam et Reuerentiam debitam, Quod In quocumque statu vtilitatem Vniuersitatis et Maxime facultatis Theologice pro virili mea procurabo, Sed hunc gradum non reiterabo, Quod omnes Actus Theologicos exercabo In mitra (.Nisi fuerit religiosus.), vanas peregrinas doctrinas ab ecclesia dampnatas et piarum aurium offensiwas non dogmatisabo, Sed dogmatizantem domino Decano denunciabo infra octendum, Quod manutenebo consuetudines, libertates et priuilegia Theologice facultatis pro virilj mea, Vt me deus adiuuet et sancto-

rum euangeliorum conditores. Quod, si fuerit Biblicus, inteserat, Quod stabo integrum annum in Biblia (Nisi fuerit Religiosus, cui Semestre deputamus), Quod singulis annis semel ordinarie respondebo, Et Decano Iubente sermonem faciam ad clerum, Et quod ultra caput lectionatum non absoluam. Si fuerit Sententiarius: Quod quemlibet librum solemniter auspicabor premissa oratione commendatitia sacre page, Necnon questione correspondente materie libri mej. Quod Tertium non incipiam, Nisi prius pecierim pro formatura et publice loco examinis responderim, Quod etiam duobus Annis in Sententijs perseuerabo. Si fuerit Licentiatus, Iuro etiam Romane ecclesie obedientiam, Et procurabo pacem inter Magistros et Scholasticos Seculares et Religiosos, Et pirhetum In nullo alio gymnasio recipiam.<sup>1)</sup>)

## De Expensis Promouendorum.

### Caput Octauum.

Ad hoc vt Vniuersitas possit cressere<sup>2)</sup>) Et Magistri pro labore suo aliquid consequi, Volimus vt promouendus In Biblicum depo- nat apud facultatis Decanum Aureos Quinque Grossos vigintj, In Sententiarium Aureos Sex grossos Nouem, In formatum Aureum vnum, In licenciatum Aureos vndecim viginti grossos, In magistrum Aureos Sedecim. Quod si promouendus legittime per omnia se ostenderit gradu dignum, Decanus acceptam pecuniam hoc modo distribuat, Nomine Biblici Rectori Quinque grossos, Decano Quinque grossos, presidentj vnum Aureum, Bedellis decem grossos, Reliquum sc. Quatuor aureos finito Decanatu reddat Reformatoribus, vt erario inferantur. Sententiarii nomine dentur Rectori decem grossi, decano decem gr., presidenti vnis aureus, bedellis decem gr., et quattuor aurei erario. Formati aureus solvatur presidenti. Nomine autem Licentiati exoluantur Rectori deceni gross., Cancelario decem grossi, Decano vnis florenus, Presidenti vnis florenus, Bedellis vnis florenus, Erario octo florenj. Nomine Magi-

1) Hoc iuriurandum deletum est et adscripta sunt seqq.: „Sic iurabit Licenciandus. Iuro me ueritatem euangelicam pro mea virili defensurum, neque doctoratum in alia academia recepturum. Idem iurabunt baccalaurij doctorandi excepto ultimo.“ 2) i. e. crescere.

stri vesperianti vnum Aureus, Promotori vnum florenus, Gallus<sup>1)</sup> vnum, Ceteris Magistris vnum, Bedellis duo, Erario decem inferantur. Omnium autem expensarum condonamus Tertiam partem Religiosis Mendicantibus, vt Ita maiorem habeant occasionem orandj pro Vniuersitatis incremento. Religiosus igitur Biblicus soluat Tres Aureos viginti grossos quattuor<sup>2)</sup> denarios. Sententarius Quatuor florenos sex grossos, Formatus Quatuordecim grossos<sup>3)</sup>, Licentiatus Septem florenos viginti grossos Octo denarios, Magistri decem florenos Quatuordecim gross. Hoc modo Secularis Omnes gradus potest consequi Quadraginta vno Aureis Septem grossis. Magis enim optamus quem promouerj In Gymnasio nostro Intuitu scientie et virtutis sue, Quam vilis pecunie amore. Preterea Magistri prestant ceteris magistris, doctoribus et Artium Decano Pirheta medij Aurej et cirothecas<sup>4)</sup>). Artium Magistris et superiorum facultatum Baccalaureis Cirothecas tantum.

## De Officio Theologorum.

### Caput Nonum.

Magistri Imprimis se-mutuo ament, Nullus contra alium conspiret, Sed sunt vnum Corpus, vna anima, vnum velle, vnum Nolle, vt ita ceteris possunt<sup>5)</sup> esse exemplo, Vt sicut Alijs dignitate prestant, Ita etiam virtute antecellant, Vt non modo verbo, verum etiam re ipsa doceant, qualiter alios oporteat in domo dej versarj. Verum eis legem in hoc non damus, quorum Interest diuinam legem nobis Interpretari et docere. Ante omnia tamen diligenter, ymo cum summa Diligentia legant, Et vt maiori polleant Auctoritate, In mitris legant onanes tam magistri, quam Baccalaurej. Si quis Impeditus fuerit, alium substituet in locum suum, vel saltem diligenter et In continent suppleat defectum suum. Quilibet Magister preter Examinatorium publice et solempniter In Anno semel disputet. Circulariter autem Disputent Magistri omnes secundum eorum Ordinem Singulis Sextis ferijs<sup>6)</sup>), Exceptis vacantijs generalibus, In quibus disputent Baccalaurej ab hora Prima usque

1) prō: Gallis. 2) Primum scriptum erat: „octo.“ 3) Superscripta sunt seqq.: „1 fl. dat, quia personalis est.“ 4) Cirothecas, Cheirothecas i. e. Handschuhe. 5) p. possint. 6) i. e. Freitags.

ad horam tertiani. Examinatorie autem disputationes habeantur ferijs Sextis ante prandium per horas Tres preter eas, que pro licentia fiunt, Quas statuimus durare per integrum diem. Et, vt diximus, in materia respiciente Quatuor libros Sententiarum. Ipse disputationes sint sincere: amice: non clamorose et odiose, magis ad eruendam veritatem quam Inanem gloriam auctoritatem accommodate, vnde etiam In earum fauorem tunc temporis Nolunus aliquem publice vel priuate in Collegio legere. Magister negligens lectionem aut disputationem Exoluat Reformatoribus dimidium Aureum, Baccalaureus quinque gross. Promotionibus et Actibus Theologicis Ipsi Magistri intersint clavidati: Baccalaurei vero mitrati.

## De horis lectionum Et modo legendij.

### Caput Decimum.

Quilibet legat de principio hore usque ad finem voce clara et Intelligibili. Magister Augustinensis Sexta In estate, Hieme vero Septima, Magister Minorum Tertia pomeridiana, Duo seniores Theologi omnium sanctorum legant Octaua seu Nona et Prima, Inter quos qui prior est tempore, horam eligat. Ultimus autem siue Iunior Theologus siue Archidiaconus seu Cantor seu Custos fuerit, legat omnibus diebus, Quibus alij ordinarie non legunt, Exceptis tantum vacantijs generalibus, Diebus gloriosissime virginis, Apostolorum, diui Pauli, Aurelii Augustini, Et si qui sint similes. Biblici, Sententiarum, Formati legant Quinta, Nona, Undecima, Secunda, Prout ipsis et auditoribus magis congruerit. Poterit etiam priuate quis profiteri, Sine tamen Ordinariarum lectionum prejudicio.

---

## Priuilegium Magistrorum Sacre paginae In Gymnasio Wittenbergen. promotorum.

In Christi nomine amen. Gloriosa Achademia *Wittenbergia*, Que inter reliquas Saxonicas et Septentrionales ciuitates non modo celeberrima existit, verum etiam principatum obtinet, Et per

dej gratiam diuos *Fridericum* tertium cognomento *Magnum*,  
Sacri Imperij Prefectum pretorio Electorem, Necnon Cesaree  
Maiestatis locum tenentem generalem, Et dominum *Iohannem*  
fratres Duces Saxonie, Thuringorum Lantgrauios, Marchiones  
Missne Instituta, fundata, Erecta et Imprimis per Sacratissimum  
Romanorum Imperatorem *Maximilianum* atque *Raymundum*  
Cardinalem et legatum Apostolicum, Tandem etiam accessu sc.  
Quinque annorum, Id est sub Aano a Reconciliata diuinitate Sept-  
timo supra Millesimum quingentesimumque per Sanctissimum in  
christo patrem et dominum, dominum *Iulium* papam Secundum  
confirmata, Et generali omnium scientiarum studio decorata, Nec-  
non ad Instar omnium et singulorum orbis gymnasiorum, etiam *Pa-  
risien.*, In omnibus et per omnia priuilegijs sublimata est, Illos  
dumtaxat honoribus dignos censem et ad gradus sublimat, erigit et  
extollit, quos longo Exercitio et Studio se doctrinę dantes repperit  
approbatos, Et quos certamen generalis examinis dignos ad id  
promouet. Cum itaque Egregius vir et scientia preclarus Domi-  
nus *petrus lupinus de Rathen* sua florente etate In Celeber-  
rimo Wittenbergen, et Alijs Gymnasijs multis Annis assiduis exci-  
tatus vigilijs Sacre Théologię sollicitam et curiosam operam na-  
uauerit, Actus scholasticos tam publice quam priuatim gesserit,  
Conferendo, Arguendo, Respondendo, Et in sacra Theologia legit-  
time fuerit presentatus, Magnifico viro Artium, Medicinę et Sacre  
scripturę Doctori Domino *Martino Pollichio Mellerstatino*  
ciui Wittenbergensi, Vicario in hac parte Reuerendi patris domini  
*Gosuini de Orsay*, preceptoris domus sancti Anthonij In *Lich-  
tenberg*, Studij Wittenbergen. Cancellario, Per Egregios et ge-  
nerosos viros dominum *Iodocum Trutfetter Issnacensem*,  
Omnium sanctorum Archidiaconum, facultatis Theologice Deca-  
num, et *Iohannem de Stupitz* Augustinianum; Vicarium et Re-  
formatorem, Artium et sacre page Magistros, examinandus et ap-  
probandus In Sacra Theologia, et ad hoc se subiecerit Arduo et  
Rigoroso et tremendo examini publico omnium Dominorum docto-  
rum et Scholasticorum almi Collegij Theologici Studij Wittenber-  
gen., In quo quidem Examine Dictus *Petrus* Argumenta non tam  
Scholastico, quam doctoreo more adeo acute, docte et bene dissolu-  
uit, quod ab omnibus Magistris nemine discrepante Sacre Théolo-  
gię Magisterio dignus habitus sit et approbatus, Et tandem fuerit  
idem dominus *Petrus* per Collegium Theologicum prefato domino

*Martino* Vicecancellario solemniter presentatus propter Magisterium In Theologia consequendum, Iccirco prefatus Dominus *Martinus* Consideratis scientia et moribus, quibus dominum *Petrum* Altissimus illustrauit, prout in dictis suis examinibus mirifice demonstrauit, Auctoritate eiusdem Vicariatus Officij *Petrum* sibi presentatum habilem, sufficientem et ydoneum ad dignitatem Magisterij pronunctiauit, declarauit, Instituit et fecit licentiatum. Et tandem suo et Aliorum nominibus publice pronunctiauit et promouit Sacre Theologie Magistrum, Dans atque tradens sibi licentiam plenissimam ac liberam et omnimodam facultatem et Auctoritatem In dicta Theologia legendi, Docendi, Interpretandi, Magistrali Cathedram ascendendi Ceterosque omnes et singulos actus Magistrales publice et priuatim Exercendi *Wittenberge* et vbi-que locorum, Perinde ac si *parisiis* vel In quois alio loco promotus fuisset, tenore presentium. vt Autem idem Dominus *Petrus* possessionem huiusmodi Magisterij In posterum ab omnibus nosca- tur adeptus, Idem Vicecancellarius ei Insignia Magistralia hac forma tradidit. Nam Primo librum Theologicum clausum, mox et apertum eidem in manibus protulit. Deinde Birhetum seu Dia-dema doctorale capiti eius imposuit, Ipsum Tertio Annulo Aureo nomine Sapientie Theologicę desponsauit, Sibi pacis osculum cum Magistrali benedictione feliciter exhibendo, vt idem dominus *Petrus* Magister Nouellus sic laureatus et Insignitus feliciter coronetur In patria per eum, qui Trinus et Vnus regnat Deus per Infinita secula gloriosus, Mandans dictus dominus Vicecancellarius Michi *Matheo* Notario infra scripto ac Rogans prefatus Magister Nouellus, vt de predictis Omnibus publicum in priuilegii formam conficiam Instrumentum Muniendum solito Sigillo facultatis Theologice. Dat. et Actum *Wittenberge* In Celeberrima ecclesia Col-legiata Omnia sanctorum Die Quindecimo mensis Nouembris Anno domini Millesimo quingentesimo Octauo, Tempore Pontifica-tus Sanctissimi In Christo patris *Iulij* Secundi Pontificis maximi Anno Sexto, Electoratus vero Dni Principis *Fridericī* Studij Wittenbergensis fundatoria Magnificentissimj Amo Vicesimo Se-cundo. Testibus *Titio* et *Seio* ad id rogatis et vocatis.

## II. Statuta collegij facultatis Theologicae in Academia Wittebergensi. Scripta Ao. 1533<sup>1</sup>).

---

### Primum, de genere doctrinae.

Vt in Ecclesijs totius ditionis nostrae et in puerilibus scholis, ita in Academia, penes quam semper debet esse praecipua gubernatio et censura doctrinae, uolumus puram Euangelij doctrinam, consentaneam confessioni, quam Augustae anno M D XXX Imperatori *Carolo* exhibuimus<sup>2</sup>): quam doctrinam certo statuimus esse uerum et perpetuum consensum Catholicae Ecclesiae Dei: pie et fideliter proponi, conseruari & propagari.

Seuerissime etiam prohibemus spargi ac defendi haereses ueteres, damnatas in Synodis Nicena, Constantinopolitana, Ephesina et Chalcedonensi. Nam harum Synodorum decretis de explicacione doctrinae, de deo patre, filio et spiritu sancto, et de duabus naturis in christo, nato ex virgine Maria, assentimur, eaque iudicamus in scriptis Apostolicis certo tradita esse. Quae uero sequentium Synodorum decreta probemus, ex confessione satis adparet.

### II.

Sint praelectores certi & perpetui quatuor, qui sint subiecti Rectori Academiae, admissi iudicio collegij huius facultatis, et habeant testimonium publicum gradus doctoratus, uel ab hac Academia, uel ab alia collatum.

---

1) Autore Ph. Melanchthon, qui haec statuta et manu sua scripsit. Idem iam in fronte libri ad ea his verbis lectorem relegat: „Statuta Collegii facultatis Theologicae recens scripta quaere folio .88.“ cf. Statuta eiusdem facultatis eaque a Melanchthon non ita multo post exarata in Melanchth. consiliis op. Cp. Pezelii pag. 188 seqq.

2) Haec ad Confess. August. provocatio primum idque praeclarum auctoritatis symbolicae testimonium dat, quam hic liber in Ecclesia evangelica consequutus est.

Hi quatuor sint collegium huius facultatis, & collegij negotia communis consilio et opera administrent. ac fideliter, ut in Ecclesia gubernatores facere decet, concordiam in doctrina praecipue tueantur.

Si quis autem in alia Academia fuerit ornatus gradu Doctoratus, non recipiatur in hoc collegium, nisi prius explorata sit eius eruditio et sententia in publica disputatione. Et omnes qui recipiuntur, uel hic, uel alibi ornati gradu doctoratus, promittant se fideliter hunc consensum doctrinae secuturos et defensuros esse.

### III.

Semper enarretur ab uno ex his liber aliquis veteris testamenti, ab altero uero liber aliquis noui testamenti.

Ac saepissime repetantur enarratio Epistolae Pauli ad Romanos, Euangelij Iohannis, Psalmorum, Genesis, Esaiae. Nam hi libri maxime erudire studiosos de praecipuis locis doctrinae Christianae possunt.

Interdum etiam unus ex professoribus enarret librum Augustini de spiritu et litera, ut uideant studiosi, Ecclesiarum nostrarum doctrinam etiam habere eruditiorum patrum testimonia.

Et in enarrationib. simplex ueritas candide queratur, iuxta mandatum Dei, & recte, ac proprio et perspicuo genere sermonis explicetur. Nec ludant professores ambiguis inuolucris, nec collegas uel criminentur, uel sugillent in ullis publicis preelectionibus, aut disputationibus. Sed qui haec fecerint, seuero iudicio totius Academiae puniantur.

### IV.

Horae ita distribuantur, ne duo eandem horam occupent, ne quam aemulationem ea res pariat. fiatque horarum distributio iudicio Rectoris et Decani et alterius senioris in facultate Theologica.

Qui libri a quibus enarrandi sint constituant Decanus et aliis senior in facultate Theologica, qui pia, utilia studijs et moribus, ac apta temporibus eligant. Et hae distributiones horarum et librorum fiant sine ambiosiosis certaminibus, candide et placide. Nam hunc coetum Theologicum maxime decet esse Aristocraticum, gloriae Dei, Ecclesiae saluti et tranquillitati uere et ex animo seruientem.

V.

Disputent etiam hoc ordine doctores Theologiae, ut singulis anni quadrantibus vna fiat publica disputatio. Et sumantur materiae Theologicae utiles ad erudiendos auditores. Ipsae uero materiae priusquam publice proponantur, ostendantur Decano totius Collegij, qui si quid improbat, iubeat corrigi. Si quis autem uel non ostendit, uel iussus non corriget, Rector et Decanus iubeant differri disputationem in aliud tempus, et propositiones prius in toto collegio examinentur.

VI.

Si inciderit controuersia de dogmate Ecclesiastico, et unus uel plures concordiam doctrinae conturbare videbuntur, Decanus eam rem ad Rectorem et Consilium totum vniuersitatis referat. Et vniuersitas, si magnitudo rei postulabit, principi significabit. Et princeps cum consilio vniuersitatis deligit iudices idoneos, qui totam controuersiam diligenter examineant, et iudicio suo ueras sententias perspicue adprobent, et falsas perspicue damment.

Porro etiamsi non videbitur referenda ad principem, tamen vniuersitas suo consilio iudices idoneos ex plurib. facultatibus eligit, qui rem diligenter cognoscant & ferant sententias.

Damnatae autem propositiones non defendantur. Et si quis contumaciter defendet, cohercetur seueritate tali, ne malas opiniones latius spargere possit.

VII.

De promotionibus.

Nemo admittatur ad gradum doctoratus, nisi sexennio audierit enarrationes scripturae propheticae et Apostolicae a doctribus ordinarijs in schola praelegentibus, siue hie, siue alibi in Gymnasio amplectente puram Euangelij doctrinam.

Et si temporum tranquillitas concedet, ut per interalla singuli gradus conferantur: quod ad exercendos auditores utile est: seruetur visitatus ordo.

Biblius Exercitij causa enarret Epistolam ad Romanos, quod haec tanquam Methodus summam doctrinae christianaee complectitur.

Necesse est autem in discendo uidere qui sint praecipui loci,

quae initia, progressiones, metae eius doctrinae, quam percipere integrum cupimus. Hos locos et has metas magna ex parte monstrat Epistola ad Romanos. Imo si addes doctrinam de Trinitate ex Iohannis Euangelio, integrum corpus habes doctrinae Ecclesiasticae.

Proximus gradus est Sententiarij, qui sic dicitur, quod iam summam doctrinae didicit, Et olim erat consuetudo legere Longobardum, Sed quia quaedam in tertio de iustificatione, multa in quarto de Sacramentis dissentient a pura doctrina Euangelij, quam profitentur Ecclesiae nostrae, Ideo percepta, ut dictum est, summa doctrinae ex Paulo, nunc legat Sententarius de iudicio Decani et senioris in facultate Theologica aliquos Psalmos aut aliquid ex Prophetis.

Idem faciat formatus, ut vocant. Praeterea non decernantur gradus, nisi in publica disputatione sit auditus is, qui gradum petit.

In Doctoratu omittantur ineptiae vesperiarum. Nam si uere aestimamus, nullus totius vitae gradus sustinet difficilior et maius onus, quam hic ordo cui commendatur explicatio et diiudicatio doctrinae coelestis. Quid cogitari maius potest? Sit igitur illa publici testimonii renunciatio plena grauitatis, ut de magnitudine oneris cogitare nos ceteri intelligent.

Reuerenter ut ad aram, ita ad hunc gradum accedendum est, qui bonis et doctis aditum praebet ad Ecclesiae gubernationem, quae adfert ingentia certamina.

## VIII.

Delectus sit etiam in admittendis ijs, qui gradus petunt, Et, ut Paulus praecipit, ne quibuslibet imponantur manus. Ita nou omnib. impertienda haec testimonia, quae certe bona conscientia idoneis tantum tribuenda sunt. Quare non sunt admittendi ad gradus, fascinati prauis opinionibus, pugnantibus cum doctrina Ecclesiarum nostrarum, Item nulli admittendi sunt infames, nulli manifestae scortationi dediti. Sed sint mores eorum, qui admittuntur ad gradus, modesti et casti, vt de Episcopis praecipit Paulus. Quare et honestos maritos, qui doctrinae Ecclesiasticae se dediderunt, ad omnes gradus admitti mandamus.

Liberum eciam sit honestis uiris, qui ante gradum celibes fuerunt, postea coniugium iuxta christianam doctrinam contrahere.

**Liberum etiam sit mortua uxore, ducere aliam iuxta doctrinam christianam.**

Nec ueteres de celibatu leges et vincula ullis imponimus, quae multis exitium attulerunt, et in multis mediocribus impediuerunt ueram inuocationem Dei. Quia donec manent conscientiae vulnera, non potest fieri uera inuocatio. At iniustae illae leges subinde refricant haec vulnera. Intelligent potius doctores Theologiae, coniugium mirabili et ineffabili dei consilio ordinatum esse ad consociandum et coniungendum genus humanum, et ad conseruationem Ecclesiae. Et sciant hoc genus uitae deo placere, et bonis scholam esse multarum virtutum.

#### IX

**Decanus eligatur suffragijs collegij huius, et ordine singuli fiant Decanj, nisi magnitudo negotiorum postularet aliquo tempore seniorem eligi. Ac electus Decanus promittat se his legibus, quas recensuimus, obtemperaturum esse.**

Quoties autem conuocantur collegae, roget Decanus sententias ordine, quo in collegium singuli adscripti sunt.

#### X.

**Si praeter ordinarios lectores alij sunt in Academia doctores Theologiae, Hi cogantur petere, ut recipiantur in hoc Collegium, et vna labores disputandi et examinum sustineant, et consensum doctrinae pariter cum Collegio tueantur.**

#### XI.

Quotannis semel, aut bis Decanus connocet omnes auditores qui se praecipue dediderunt studio Theologiae et aliquorum industriam exploret, et nomina eorum annotari curet, vt si quando vicinae Ecclesiae pastores ac diaconos flagitant, ex eo catalogo aliquos indicare possit, Necesse est enim Scholas seminaria esse Ecclesiarum: Et haec ipsa Decani diligentia in conuocandis scholasticis, et explorandis studijs, curam discendi in multis acuet.

#### XII.

**Decano sigillum facultatis et librum commendamus, in quo pronotorum et collegarum nomina prescripta sunt. Et uiderit, ut testimonia doctrinae et morum, quae tribuuntur vocatis ad**

ministeria Ecclesiastica, et interdum obsignantur publico sigillo,  
dentur bona fide.

### XIII.

De pecunia promotionum seruetur hactenus visitata consuetudo.  
Aequissimum est enim aliquid conferri ad fiscum conseruandae Academiae causa. Decet etiam significationem aliquam gratitudinis ostendi erga eos, qui labores sustinent disputationum et examinationum.

### XIV.

Omnium gubernationum in vita difficilima est Ecclesiastica et magis diuina, quam humana, Ideo nos omnia legibus complecti non possumus. Sed hi doctores cum profiteantur leges traditas a Prophetis et Apostolis, et uideant formam gubernationis in scriptura traditam, hanc diligenter contemplentur et in suis negocijs prudenter imitentur. In primis autem consensum purae doctrinae tueri studeant, et uitent ambiciosa inter se certamina. Sepe enim Ecclesiam et Imperia ambitiones, prauae aemulationes et factiones euerterunt.

Auditorum etiam ingenia obseruent et si quis petulans delectabitur prauis opinionibus, hunc vocatum ad collegium admoneant, et in viam reuocent. Contumaces uero seuere coherceant.

Mores etiam auditorum seuere regant, curent ut uestitu honesto & infra genua demisso utantur. Puniant helluationes et scortationes, si quae innotescant.

Prohibeant et libellos famosos et criminationes et in autores animaduertant legitimis poenis.

Denique meminerint hos coetus Theologicos similes esse debere Scholis Eliae, Elisei, Iohannis Baptistae, Christi, Iohannis Evangelistae, Polycarpi, Irenaei et similium. Quandocunque enim Ecclesia floruit, tales aliquos habuit scholasticos coetus, per quos doctrina pia propagata est. Horum studia et mores nostri coetus etiam imitentur.

### III. Iuramentum praestandum in Theologia promouendis<sup>1</sup>).

---

**E**GO promitto DEO aeterno patri Domini nostri IESV CHRISTI, Conditori generis humani et Ecclesiae suae, cum filio suo domino nostro IESV CHRISTO et Spiritu Sancto, Me, DEO iuuante, fideliter seruiturum esse Ecclesiae in docendo Euangelio sine ullis corruptelis, & constanter defensurum esse Symbola, Apostolicum, Nicenum, et Athanasianum, et perseveraturum esse in consensu doctrinae comprehensae in Confessione Augustana, quae per hanc Ecclesiam exhibita est Imperatori, Anno Millesimo Quingentesimo Tricesimo<sup>2</sup>).

Et cum incident controvrsiae difficiles et obscurae, non pronunciabo solus, sed re deliberata cum aliquib. senioribus, qui docent Ecclesias retinentes doctrinam Augustanae Confessionis. Dicatis ita promitto.

Perscriptum ex manu D. φ. Msl. Academiae ministro publico *Micaèle Maio* bona fide.

---

### IV. Promissio eorum, qui in Collegium S. Theologiae recipiuntur<sup>3</sup>).

---

I. Ego N. N. promitto bona fide, me Deo iuvante, pie et fideliter propositurum, conseruaturum et propagaturum puram Eu-

1) Habetur fol. 1<sup>b</sup>. 2) Adscripta sunt olim seqq.: „et repetitae Anno etc. 80 in Christiana Concordiae Formula, cui corde et manu subscripsi.“ Haec vero deleta sunt. 3) Scripta est post a. 1580. Leg. fol. 101.

gelijs doctrinam, in scriptis Propheticis et Apostolicis comprehensam: et in tribus Symbolis, Apostolico, Niceno, Athanasiano, ut et in Confessione Augustana Anno 1530. CAROLO V. Imp. exhibita: ac postmodum in Articulis Schmalkaldicis, utroque Catechismo Lutheri et Libro Concordiae altius repetitam et explicatam: Quam doctrinam certo statuo esse verum et perpetuum consensum Catholicae Ecclesiae Dei.

II. Secundo promitto, me in perniciem aut fraudem huius ipsius Doctrinae nihil quicquam moliturum: Sed Consensum et Concordiam fideliter confirmaturum.

III. Tertio promitto me Decano et caeteris Collegij Theologici Doctoribus: cum primis vero ejusdem legibus et statutis obtemperaturum: ijs in rebus omnibus, quae Dei gloriam, Ecclesiae eommodum, purioris Religionis incrementum, Collegij hujus dignitatem, pacem denique et Concordiam concernunt.

IV. Quarto promitto me a Decano ad deliberationes difficiliores vocatum promte comparituru: meumque votum ac judicium de quaestionibus sive rebus, quae in deliberationem veniunt, candide et bona fide, uti virum Theologum decet, aperturum: neque quicquam eliminaturum de iis, quae in Collegio acta et deliberata fuerint: quicunque etiam sit, qui tale quid ex me percontari velit.

